



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque  
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Tractatvs Tertivs. De perfecta ratione Officium Diuinum siue Horas  
Canonicas persoluendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)



## TRACTATVS TERTIVS

DE PERFECTA RATIONE  
OFFICIVM DIVINVM SIVE HORAS CA-  
NONICAS PERSOLVENDI.

## CAPVT I.

CAVSÆ CVR INSTITVTVM FVERIT DIVINVM  
*Horarum Canoniarum officium, & magna eius  
commoda.*

ECVNDVM Valdeque Insigne Sacerdotum Ministe-  
rium est: orare Deū pro vniuerso Christiano populo  
cuius officij & muneris partem etsi expleant ipse  
Sacrificio, vt iam vidimus: fufius tamē id præstant ceteri  
HORAS CANONICAS orant, quas communiter  
DIVINVM OFFICIVM appellamus, ob excel-  
lentiam officij & muneris orandi & laudandi Deo.  
Quod officium non ad solos pertinet Sacerdotes, sed

etiam ad Ministros ordine sacro insignitos; & multos alios, quos Ecclesia  
Sancta ad id præstandum designat constituens tempus & locum, in quo  
ad sanctum hoc exercitium debeant conuenire. Cuius initium fuit in ipsa  
die, qua Christus Dominus noster ad cælos ascendit. Apostoli enim, vt  
S. Lucas refert, receperunt se in quoddam cœnaculum cum alijs multis  
discipulis, vbi omnes erant perseverantes vniuersim in oratione, præsertim  
etiam Maria Matre Iesu, donec venit super eos Spiritus Sanctus. Cuius in-  
spiratione permoti Fideles primævæ Ecclesiæ: b erant (vt idem S. Euangeli-  
sta refert) perseverantes in communicatione fractionis panis, & orationibus,  
conueniebant in templum ad communionem: & S. Apostolus ad Corin-  
thios refert, quod illi c conuenirent ad vnum locum ad Dominicam cœenam  
manducandam, & exercenda dona & gratias gratis sibi datas in vtilitate

*Dolentes C.  
de Colebra.  
Missar.*

*a Añnum.  
l. 4.*

*b 62. 4 2. 4 6*

*c 1. Corint.  
11. 20.*

omni



omnium, & ad laudandum Deum. Ac propterea dicit: *d cum conuenitis, unusquisque vestrum Psalmum habet, quem proferat, & alter gratias Deo agit, & idcirco, etiam non intelligentes, respondent: Amen.* Et hinc ortum est, ut orationes Ecclesiae vocarentur Collectae: eo quod multi simul in loco vno recollecti eas pro omnibus dicerent. Ex quo apparet, hanc orationem non fuisse purè mentalem, sed vocalem; & quidem elata voce, ut ab omnibus audiri & intelligi posset, eum in modum, quo idem S. Lucas refert: Apostolos cum reliquis Fidelibus in locum vnum conuenisse, & omnes e *unanimiter leuasse vocem ad Deum*, longam ac feruentem facientes pro omnibus oratione. Quamuis autem Spiritus Sanctus (cuius donum est, ut quis sciat bene orare) soleat orantibus verba inspirare, in ipsa oratione dicenda, ita ut ex feruenti interna & mentali oratione resultet (ut ait Sanctus *BONAVENTURA*) vocalis oratio; ita ut ipsemet orans, suae orationis verba componat, id tamen rarè euenit, ob dispositionis nostrae paruitatem; & quod non omnes apti & capaces sint, ad id præstandum. Quare quemadmodum *CHRISTVS DOMINVS NOSTER* componere voluit ipsam Precationem Dominicam, ut omnes fideles eam orarent: ita etiam *SPIRITVS SANC'TVS* Ecclesiae inspirauit, ut officium Diuinum ordinaret, & orationes latèdque Dei colligeret: quas eius Ministri dicturi essent in loco & tempore sibi præscriptis.

## §. I.

**C**AUSA huius Sanctae Institutionis multae fuerunt, valdeque vtilis: & Sanctus Bonaventura quinque valde Pias assignat. *Prima causa* fuit: ut Ecclesia Militans imitaretur morem Triumphantis: in qua Angeli & Spiritus Beati coram Deo semper assistunt, eius laudibus attendentes, iuxta illud Davidis: *a Beati, qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te.* Cum igitur Christus D. N. sicut est in caelo, realiter & verè sitetiam in Sanctissimo Altaris Sacramento in ipsis templis: æquum & iustum est, ut sint constituti Ministri qui eius praesentiae assistant, laudesque decantent cum ea maiori continuatione & frequentia, quam humana fragilitas adhibere potest. Et videntur Seraphini, quos vidit *Isaias*, descendisse de caelo in templum Ierololymitanum, ut nos docerent modum, Deum in nostris templis laudandi. In praesentia enim Domini *clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius: ut homines intelligerent, se debere imitari incensum Seraphinorum amorem: ut magna concordia vniti, Sanctissimam Trinitatem laudent: existimantes, hanc esse supremam occupationem quam in terra habere possunt: cū de ea gloriarentur supremi caelestes Angeli: quorum laudibus debet hanc coniungere,*

ut earum

d. 14. 23.  
26.c. *Alinum*.  
4. 24.Processus 7.  
Relig. 6. 3.I.  
opus. de 6.  
Alio Seraph.  
6. 8.  
a Psal. 83. 5b *Isaie* 6. 3



vt earum defectus suppleatur, fiant que Domino ipsi gratiores. Ideo enim Ecclesia in Præfatione addit: *cum quibus & nostras voces vt admitti iubet deprecamur, &c.*

SECUNDA huius Institutionis causa fuit, vt esset perpetua Diuinorum beneficiorum memoria, designatis certis horis, in quibus Deus fit laudandus; gratiæque illi pro eis agenda: vt huic obligationi, maiori qua possemus, continuitate satis faceremus, iuxta illud Davidis: *c benedixit Dominum in omni tempore; semper laus eius in ure meo; & illud Isaie: misericordiarum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, qua reddidit nobis; & super multitudinem bonorum, qua domui Israel largitus est.* In quibus verbis meminit duorum beneficiorum specialium, quæ largitur Dominus vnique fidelium; & generalium, quæ concedit domui Ecclesiæ suæ, in omnium vtilitatem. Vt autem vtrorumque sit continua memoria & gratiarum actio institutæ sunt horæ Canonice: vt Ecclesiastici suo & Ecclesiæ nomine semper Deum laudent, gratiasque pro his beneficijs agant, sed magis in particulari, vt memoriæ habeant beneficij nostræ redemptionis. Dominumque laudent, qui *media nocte* fuit natus; & *alia nocte* ingentes sustinuit cruciatus; *mane* verò ad iudices deductus; & *hora tertia* flagellatus, & ad mortem damnatus; *sexta* autem crucifixus; *vesperi* tandem mortuus; & *circa noctem* sepultus; postea diluculo resurrexit, & *hora tertia* Spiritum Sanctum misit. Cum igitur hisce horis adeo insignia beneficia Ecclesiæ contulerit: decebat, vt eius filij eisdem horis ad ipsum Dominum, quæ tanta liberalitate & misericordia contulit, laudandum conueniret.

HVC causa affinis valde est *tertia*: vt scilicet orationis exercitio qua posset maxima frequentia continuaretur, duplici nomine. Altero, quod necessitates & miseriæ tam particulares, quam communes, quibus premimur, sint continuæ: quarum vniuersalis reparator est ipse Dominus noster, adhibita ratione ad id impetrandum; Altero, eò quod oratio sit efficacissimum medium ad conseruationem & augmentum Fidei, Religionis, & Sanctitatis, quam profiteamur: quæ absque Diuino fauore non potest diu durare, hic autem fauor obtinetur orationibus. Et vtroque hoc nomine dixit Christus Dominus noster: *e oportet semper orare, & non deficere.* Quod (vt ait Beda) præstat Ecclesia, statuendo vt eius Ministris toties die ac nocte conueniant, ad Horas Canonicas dicendas: vt vtrumque à Deo obtineant, quas quotidie repetunt, vt quotidie vtrumque obtineant; iuxta illud S. Hieron. Deus semper largitor, semperque donator est: non mihi sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit. Peto, vt accipiam; & cū accepero, rursus peto. Auarus sum ad suscipienda beneficia Dei. Neque ille deficit in dando, neque ego fatior in accipiendo; quanto plus habebero, tanto plus litio. Præterea, cum Officium Diuinum non solum con-

c Luc. 18. 1.  
c. 71. in Lu  
cam. apud  
D. Thom. in  
catena.  
Epist. ad  
Thesiphon-  
sem in o-  
med. iiii.

» à Deo obtineant, quas quotidie repetunt, vt quotidie vtrumque obtineant;  
» iuxta illud S. Hieron. Deus semper largitor, semperque donator est: non  
» mihi sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit. Peto, vt accipiam;  
» & cū accepero, rursus peto. Auarus sum ad suscipienda beneficia Dei. Ne-  
» que ille deficit in dando, neque ego fatior in accipiendo; quanto plus ha-  
» beo, tanto plus litio. Præterea, cum Officium Diuinum non solum con-



tineat petitiones; sed multos actus & virtutum omnium affectus complectatur: ideo si ut oportet, dicatur: non solum consilium impletur, semper orandi, sed etiam proficiendi continuè in puritate & sanctitate: iuxta illud quod Spiritus sanctus dicit: *f qui iustus est iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.* Et illud Ecclesiastici: *g non impediaris orare semper, & ne vercaris usque ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in aeternum.*

HINC etiam Quarta causa huius Institutionis oritur: ut communis plebs, quæ parum scit, parumque delectatur hoc exercitio orandi & laudandi Deum: ei assuecat, accedens ad Ecclesiam constitutis horis: ubi non solum per ipsos Sacerdotes oret, & laudet Deum; sed hoc etiam exemplo ipsam excitet, ut iuxta suam capacitatem, idem præstet; & attendens Divinis officiis, reddatur ei minus graue tempus, quod ibi orando expendit. Experientia enim docet nos, quodd, nisi sancta hæc esca proponeretur; multi non accederent templa, aut citò defatigarentur in eis manendo. Et hoc est, quod S. Lucas dixit: quod, quando Zacharias Pater Sancti Ioannis Baptistæ ingressus est templum Domini, ut secundum consuetudinem Sacerdotij incensum poneret: tunc *h omnis multitudo populi erat foris hora incensi*; atque si nunc diceremus: dum Sacerdotes officium suum præstant in altari, vel in choro omnis populus est foris orans, & clamans ad Deum, bono illorum exemplo permotus.

QUINTA causa est: quia id spectabat ad Catholicæ Ecclesiæ, & Christianæ Religionis decorum. Si enim Gentiles conveniebant in suis templis, ut suos falsos Deos adorarent & laudarent: multò magis est rationi consentaneum, ut Christiani in templis nostris conveniamus, ad adorandum & laudandum verum nostrum Deum. Et, si antiquæ legis fideles suas etiam faciebant congregationes in suis Synagogis; suæque festa celebrabant pro gloria Dei nostri: multò certè magis iustum est, ut Christiani conveniamus in templa nostra, ut eum laudemus, & altissimorum eius mysteriorum, & Sacramentorum participes efficiamur: facientes quod refert Ecclesiasticus de Davide dicens: *i dedit in celebrationibus decus, & ornavit tempora usque ad consummationem vite, ut laudarent nomen sanctum Domini; & amplificarent mane Dei sanctitatem.* Omnes enim tenemur eum laudare: quia talis est; & propter altissimas, quas in se habet perfectiones; & propter amplissima opera, quæ nobis præstitit, ac præstat: decetque ut omnes nostras vires intendamus in his cum omni solennitate possibili præstandis: semper enim minùs faciemus, quàm infinita eius Maiestas deprecatur, & promereatur, ut aperte dixit idem Ecclesiasticus: *k glorificate Dominum quantumcumque potueritis, superualebit enim adhuc & admirabilis magnificentia eius. Qui benedixit Dominum, exaltate illum quantum potest: maior enim est omni laude.*

f Apoc. 12.

31.

g Eccli. 18.

22.

4

h Luc. 1. 10.

5

Eccli. 47.

2.

k Eccli. 43.

32.



## S. II.

**H**Æ QVINQUE institutionis officii Diuini causa, magnam eius momentum nobis aperiunt: quod amplius explicauit SANCTUS CHRYSOSTOMVS iucundissimis quibusdam similibus. Præmittit enim quòd per Orationem non solum petitiones indiligamus, sed varios etiam actus deuotionis, & amoris, qui in officio Diuino continentur. Cuius septem partes sunt instar septem Planetarum cæli ipsius Ecclesiæ, quæ lumen illi, calorem, & vitæ influentias communicant.

**O**RATIO, ait hic Sanctus, idem facit in animalibus, quod Sol in corporibus. Quemadmodum enim Sol illuminat, calescit, & viuificat; eiusque præsentia plantæ virescunt, & alia viuentia latantur; a grati subleuantur; & sani sua opera exercent; & si Sol deficeret, omnia manerent in tenebris, in frigore, miseria, & umbra mortis. Ita Oratio verum impetrat lumen, quod illustrat intellectum, sine quo lumine omnia essent tenebræ ignorantia, & errorum. Ab ea procedit bonorum affectuum calor accendens corda; sine quibus omnia essent frigus peccatorum atque tepiditatum. Per eam descendunt influentiæ inspirationum cælestium, quæ sunt vitæ nostræ principium; sine quibus omnia sunt pericula mortis. Per deuotam orationem reuirescunt plantæ virtutum, animi tristes exhilarantur; infirmi ac debiles sanctitatem, & fortitudinem recipiunt; & qui sancti sunt ac boni, maiori cum feruore opera sua faciunt. Sed ulterius adhuc dicere possumus, quòd oratio faciat homines tanquam Soles, propter excellentiam splendoris, & ardoris, quem illis adfert. In cuius testimonium quando Moyses descendit de monte, vbi diu fuerat in oratione colloquens cum Deo, a *habebat faciem suam cornutam*, emittens scilicet lucis radios adeò vehementes, vt filii Israel non possent eam intueri; sicut nec Solis radios quis intueri potest. Et quando Christus Dominus noster *orauit in monte Thabor, et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius ex eo splendore facta sunt alba sicut nix*. Et quoniam Ecclesia est, dicitur *Et vt Sol*, vult facere e certam suam electionem frequenti oratione, quæ vnde est ad id potens & efficax: cum quæ profiteatur semper se famulum esse Sole iustitiæ; ideo vult etiam profiteri continuam orationem per quam conseruat vestem adeò preciosam; optans vt vnus quisque sicut strom splendeat sicut Sol & certam faciat suam electionem, & vocationem per huiusmodi exercitia.

**H**INC est, quòd oratio (vt ait S. Chrylostomus) signum sit sanctitatis.

Lib. 1. c. 2  
de orando  
Deum.

I  
i Lib. 1. in  
initio.

a Exod.

34. 29.

b Luc. 9. 29.

c Mat. 17.

d Cant. 6. 9.

e 2. Petri.

1. 10.

f Apoc. 12. 1.



is animarum, quæ sunt viua Ecclesiæ membra. Et quemadmodum dicitur Ecclesiasticus: *gex visu cognoscitur vix, & ab occurſu faciei cognoscitur ſenſatus. Amictu corporis, & riſu dentium, & ingreſſu hominis, enuntiant de illo:* ita multo magis, ait deprecatio, cultusq; Dei ſignum eſt totius iuſtitia: eſt enim habitus quidam ſpiritalis, ac diuinus, ſtupendam adferens animabus pulchritudinem; quia vitam totam componit ac dirigit; omnem ab eam maculam eluens, ſancta quadam ſuperbiâ quæ propria eſt colentium & honorantium Chriſtum; & conſiſtit in eo, vt contemnat omnia terrena; peccato ſeruire dedigneretur; & ſpiritum in omni puritate conſeruare nitatur. Et cum aliquem video, inquit, non addictum orationi, nec eius curam habere: ſtatim colligo, eum nihil egregiæ dotis in animo poſſidere: ſi autem video cultui Diuino valdè attentum, & ſummum damnum reputare, quod non oret continuè: coniecto talem omnis virtutis firmum eſſe meditatorem, ac DEI templum; in quo DEVS habitet & glorificetur.

ORATIO, inquit, eſt tanquam neruus virtutum & myſticorum Eccleſiæ membrorum. Nam quemadmodum corpus neruis ſuis connectit, & colligat ſua membra; eiſdem viuat, ambulat, currit, & omnia ſua opera facit; & in eiſdem præcipua vis & fortitudo conſiſtit: ita vt, illis abſciſcis, tota eius harmonia diſſoluatur, & corporis fabrica ruat: ita virtutes oratione deuota vniuntur, & connectuntur in Charitate; cum qua viuunt, ſuos actus exercent, magnamque in eis fortitudinem habent; & orationis ſpiritus coniungit corda fidelium; & potentes eos facit, ad omnia ſuorum officiorum munia præſtanda. ET eſt præcipua Eccleſiæ protectio: quemadmodum enim Ciuitas, etiamſi ab hoſtibus obſideatur, ſi bonis & ſolidis mœniis ſit circumdata, non parebit hoſtibus aditus; nec propter famem ſe dedit, ſi habeat ſufficientia alimenta, nec deicietur violenter, ſi multos habeat ſtrenuos milites, qui eam propugnent: ita Eccleſia & quælibet anima, in qua feruentis orationis ſpiritus floret, ſepta eſt Diuina protectionis muro inuictæ & inſuperabili; defenditur à multis millibus Angelorum; eſtque bene ei proſpectum de copioſis ſpiritalibus alimentis; ita vt non ſit, cur timeat ſe à ſuis hoſtibus capiendam.

ORATIO, inquit idem Sanctus, eſt ſicut irrigatio plantarum, quæ aqua fluente, virorem & vigorem ſuum conſeruant, creſcunt folia, proferunt flores ac fructus; quæ tamen deſiciente marceſcunt, areſcunt, ac denique pereunt: præcipuè ſi ſata ſunt in terra arida, ſterili, arenosa, & ſi clima ſit valdè calidum & intemperatum. Hunc in modum irrigatione orationis ac deuotionis conſeruatur vigor & feruor ſpiritus in Eccleſia; virtutum

Lib. 1. de or.  
rando Deū  
Eccl. 19. 26

3  
Lib. 2.

4

5



plantæ crescunt in animabus, erumpunt feruentium desideriorum flores, folia verborum sanctorum, & bonorum operum fructus. Quia irrigatione deficiente, reliqua etiam deficerent, & virtutes perirent: eò quod corda in quibus sunt saxe, sint arida terra, & oppugnentur ab vrentibus passionum ventis, & fulminibus igneis, quæ proprius amor elaculatur. Ex quo apparet, per Orationem impleri in Ecclesia illud Isaia: *h. Latibus ut deserta & inuisa & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit & exultabit latibunda. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontem aquarum.* Quæmadmodum enim Moyses orans impetrauit à Deo, ut irrigaret populo thesaurum & fontem aqua viua, ut satiari posset, & ita ex desertis & inuisa petra egressæ sunt aqua largissima, ita ut populus biberet & iumenta. Et & Elias (ut S. Iacobus Appostolus perpendit) oratione impetrauit ut cælum daret pluuiam, & irrigata terra daret fructum suum. Quæ omnia animaduertens Ecclesia, vult suos Ministros sæpius quod cotidie orare, ut cælestem hanc irrigationem impetrent, & viuas gratiarum aquas, quas Deus ex infinitis suis thesauris effundit.

SE DAMPLIUS adhuc exaggerat S. Chrysostomus exercitij huius necessitatem, dicens: quod quemadmodum anima est vita corporis, cui sensus & motus omnes communicat; ea autem discedente, inanet cadauer deformis, & fœtidum, & conuertitur in vermes: ita oratio est vita animarum, in quantum eis impetrat omnia, quæ sunt necessaria, ut viuant, sentiant, & operentur iuxta Leges Spiritus S. eiusque gratiæ, quæ est propria vita spiritus. Quod si illæ orationem dimitterent, breui morentur, & redderentur deformes à vitis, & valde fœtidæ à malis exemplis, & replerentur vermibus, inquietudinis & remorsus. Et ob hanc causam cum Christus Dominus noster in cælum ascendit, tota Ecclesia, quæ tunc erat, tradidit se Orationi continuæ, donec Spiritus Sanctus super omnes descenderet, & in eadem postea perseverabant, ad conseruandam, & augendam spirituales illam vitam. Et quemadmodum aqua ita est vita piscium, ut in ea viuant, natent, suasque actiones exercent; ex qua cum exeunt, statim expirant: ita, ait, oratio est vita animarum, quæ viuere debent, respirare, laborare, & opera facere æternæ vitæ digna: quod si dimittant Orationem, exponunt se periculo omnia amittendi.

HIS & alijs similitudinibus ostendit gloriosus hic Doctor necessitatem & vilitatem huius exercitij orandi, dicens: si velimus imitari Patriarchas, Prophetas, Apostolos, & Clarissimos Ecclesiæ Patres: facile illis impetrare nos posse: si per omne tempus precationibus ac Dei cultu, studioque pietatis dediti viuamus; hanc vitam, hanc sanctitatem, hanc opulentiam, hanc bonorum omnium summam existimantes, vota nostra offerre Deo sincere & puroque corde. Quæ sententia speciatim competit sacerdotibus

h. Isaia. 35.  
1.7.

i. Num. 20.  
6.11.

k. 3. Reg. 18.  
41.  
Iacob. 5. 13.

6.  
Lib. 1. de orando Deū.

Libro 2.

Lib. 1. ab initio.

- >> triarchas, Prophetas, Apostolos, & Clarissimos Ecclesiæ Patres: facile illis
- >> impetrare nos posse: si per omne tempus precationibus ac Dei cultu, studio
- >> quoque pietatis dediti viuamus; hanc vitam, hanc sanctitatem, hanc opulentiam,
- >> hanc bonorum omnium summam existimantes, vota nostra offerre Deo sincere & puroque corde.



cerdotibus & Ecclesiasticis, qui ratione suæ Professionis, dedicati sunt & consecrati continuæ orationi, cultu sique diuini ministeriis, multo maiori excellentia, quam Sacerdotes & Leuitæ Antiquæ Legis: quibus Ezechias Rex dixit: *vos elegit Deus, ut staretis coram eo, & ministretis illi, cohabitatisque cum eo, & cremetis incensum.* Cum autem quod stemus coram Deo, fiat ad orandum, & cum eo loquendum, & offerenda Sacrificia, & incensum cremare, sit orationis symbolum: hoc totum est proprium Ecclesiasticorum; de quo merito debent amplius gloriari, quam de rebus alijs omnibus: cum deceat vnumquemque gaudere, & gloriari de officio suo; præcipue, si ad id sint ab Ecclesia constituti, & conducti. Quæ benè collocatos reputat redditis, etiam valde pingues dignitatum & beneficiorum, etiam simplicium, eo solum nomine, vt illi quotidie occupentur in Diuino officio legendo; & ipsi Ecclesiæ auxilium præsentent suis orationibus. Ita vt etiam dicere possit Christus Ecclesiasticis Ministris, quod dixerat antiquis: *Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito?* Si enim aliquid laboris in ministerio vestro ponitis: temporalem vestram mercedem accipitis. Quod si portas sensuum vestrorum clauditis, vt intra cordis vestri templum orationis causâ vos recipiatis, & incensum vocalium vestrarum orationum incendatis: ego vobis sufficiens pro eo labore stipendium trado; præter illud spirituale & meritum gratiæ & gloriæ quam vestro hoc opere obtinebitis. Non enim existimare debent Ecclesiastici, orationem institutam ad communem Ecclesiæ utilitatem, non esse etiam sibi ipsis valde vtilem; & proficiam; quia est magis ipsi, vtilis, quam si solum pro seipsis orarent, vt constabit ex dicendis capite tertio.

12. Paral.  
29. 1.m Malach.  
1. 10.

## CAPVT II.

## QVIBVS CAVSIS SPECIALITER INNITATUR

*Consuetudo solenniter canendi officium Diuinum alternis versibus,  
& quo fructu & vtilitate id fiat.*

**E**X DIC'TIS Haftenus deducere licet causas consuetudinis in tota Ecclesia receptæ, solenniter canendi Diuinum officium. Ad cuius rei declarationem aduertendū est: duobus modis dici posse & persolui Canonicas Horas. Alter est submissa voce illas legēdo & hic modus, vt ait S. Thomas, est necessarius omnibus Ecclesiæ Ministris: Quia enim illa est visibilis; etiā oratio, quâ illa iniungit, & ad quâ obligat, debet esse vocalis; ita vt qui illam solus legit, possit suis auribus eam

2. p. 7. 83. 4.  
12.

Ee

per.



Epist. 119.  
ad Iannuar.  
c. 18. & Lib.  
12. de Civit.  
c. 14.  
2 Exodi.  
15.1.  
Deut. 32.1.  
b1. Paral. 6  
31.  
2. Par. 7. 6.  
Eccli 47.12.  
c. Matt 26.  
30.  
In Psal. 72.  
d Ephes. 5.  
19  
Colos. 3. 16  
De diuin.  
nom. n. c. 1.  
c. 3. de  
Caelst. Hie-  
rar. Epist.  
19.  
1. 2. q. 91. a. 1  
c. 3. Reg. 18.  
27.

percipere; quod si cum altero, tali etiam voce eam legat, ut & alij ipsam, & ipse alios audire possit. Cum autem oratio hæc fit in choro, tali voce est proferenda, ut à Fidelibus, quorū nomine offertur, percipi possit. Ad quod plus confert alter modus, quo horā illā canuntur, ut nunc moris est in vniuersa Ecclesia. Cuius consuetudo (ut ait Sanctus Augustinus) fundamentum habet in ipsa Scriptura sacra; & in eo quod antiqui Sancti et Dei inspiratione gesserunt, à tempore Moysis, cum cōperunt aliqua Cantica a Domino nostro decantari. Et postea Dauid (ut proximo capite dictum) instituit vsum b cantandi psalmos & hymnos cum instrumentis musicis, constituens ad id cantores: & Christus Dominus noster in nocte carne suam dixit c hymnum, &, ut idem Sanctus ait, Hymnus appellatur laus Dei cum cantico; Et S. Chrysostomus: quod Saluator noster huic hymnum canere voluerit ad nostrum exemplum, & Apostolus exhortatur Fideles ad d cantandos Psalmos, Hymnos, & Cantica spiritualia, id quod valde fuit vsu receptum (ut ait Sanctus Dionysius) in Ecclesia primæua; & etiam fit mentio in canonibus Apostolorum, à quibus Sancta hæc prouenit consuetudo in Orientalem & Occidentalem Ecclesiam; de qua Sanctus Augustinus dicit: Ipsius Domini, & Apostolorum habemus documenta, et exempla, & præcepta: Cuius eadem sunt causæ, atque Diuini officij in genere iam positæ. Sed in particulari (ut S. Thomas aduertit) non est exhibendum orationes, & laudes vocales ipsam quæ cantum eò dirigunt, ut corda ac desideria nostra Deo manifestemus, sicut facimus cū hominibus; nec vocem extollimus, ut nos Deus exaudiat, sicut Elias e illudens ducebat falsis falsi Dei Baal sacerdotibus. Nouit enim Deus cordis nostri cogitationes penetrare prius, quàm eas nos proferamus: quare quod clara voce, & artificioso concentu orationes faciamus: fit tantum ob nostram ædificationem & utilitatem.

## §. I.

**E**T PRIMUM quidem: Quodd, (ut S. Ioannes Damascenus ait) cum spiritu & corpore constemus. decet adorare & laudare Deum, non tantum affectibus spiritus; sed verbis etiam ac vocibus corporis; ut & corpus & spiritus, siue a cor & caro nostra (ut dixit Dauid) exultent in Deum unum. Ex quo fit, ut propter vniōnem corporis & animæ, sicut spiritus abundantia erumpit in voces feruentes per linguam; ita linguæ voces deuotionem excitent spiritus. Propter quam rationem ait S. Augustinus, se approbare consuetudinem cantandi in Ecclesia: ut debilitum animus ob aurium oblectationem erigatur, & excitetur ad pios affectus concipiendos: & de seipso, cum Deo loquens, dicit: quantum fluuius Hymnis, & Canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus arriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor

1  
Lib. 4. de  
Fide orobed.  
c. 36.  
& Psal. 81. 3.  
2  
Lib. 10. c. 8.  
f. 6. 33.  
Lib. 9. c. 6.



cor meum, & ex ea aestuabat inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis. Hinc provenit, ut (quod ait Sanctus Gregorius) cantus Psalmorum viam pandat, qua Dominus noster communicet Divinorum mysteriorum cognitionem, contritionis donum, & pios alios affectus, quemadmodum evenit Eliseo petenti: *b adduct sibi Psalmem: quo tenente disponeretur ad excipiendum Spiritum prophetiæ: & tunc facta est super eum manus Domini.* Et propterea dixit David: *c Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei: & iterum ait: d Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Et ita insinuat, Deum glorificari cantu laudum eius; & hominem manere bene ad id dispositum, ut Dominus, qui habitabat in cœlis & in luce inaccessibili, veniat ad eius cor illudque luce sua illustret, suaque illi arcana manifestet: convertens eius spiritum, qui instar occasus obcurus est ac frigidus, in Orientem & Meridiem clarum, igneque Divini amoris ferventem.

ALIOS multos effectus efficit Cantus hic Divinus. Nam (ut ait S. Isidorus) tristitia corda consolatur, animos reddit suaves, tædio affectos recreat, ignavos excitat, & peccatores impellit ad planctum: Psalmum (ait S. Basilius) esse vocem Ecclesiæ, quæ dies festos reddit illustriores, replens illos lætitiâ. imò interdum etiâ tristitiâ, quæ est secundum Deum: eliciens dulces lacrymas ex corde, instar lapidis duro, Psalmus est quies & tranquillitas animarum; vniò dissidium, & pacis causa inter hostes. Et quamvis aliquis sit in inflammatus instar feræ alicuius: accedete tamē cantu Psalmi, & aures eius ingrediente, misceat, feritate deposita. Psalmus est opus Angelorum & cōmune cœlestis Reipublicæ officium; & spirituale suavissimi odoris thymiana. His addit S. Thomas: carum laudum Divinarum plurimum ad id prodesse, ut Ecclesiæ Ministris eis occupati, abstineant ab ijs, quæ Deo displicent: iuxta illud, quod ipse Dominus per Isaiam dixit: *e Laude mea infranabo te ne intereas* Et S. Gregorius Nazianzenus asserit: psalmum multum prodesse ad sensuum, & huius mundi voluptates reprimendas: quia eleuat mentem ad fruendum cœlestibus ac divinis. Ex quo fit, quod Ecclesiæ militans huiusmodi canticis imitetur, quomodo potest, triumphantem: in qua Beati Deum laudant vocibus, & clamoribus valde concinnis, canticis ac musicis valde iucundis. De quibus ait S. Ioannes quod vident eos *f habentes citharas suas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum; & summo gaudio cantabant canticum novum.* Ut de utraque Ecclesia dicere liceat illud Canticorum: *g quid videbis in salamine, nisi chorus castrorum?* quorum vnus est exercitus militiæ Angelicæ: qualis illa fuit, quæ descendit ad celebrandum Natale Domini, tribuens *h gloriam Deo in excelsis: alter chorus est animarum Sanctorum*

quæ

3  
Homil. 1. in  
Ezechiel.b 4. Reg. 3.  
16.  
c Psal. 9.  
23.  
d Psal. 67. 5.4  
Lib. 3. sententiarum.  
c. 7.  
f eum in  
Psalm.

2. 2. 9. 91. a. 1.

e Isai. 48. 9.  
orat. 4. contra  
Iulian.f 2. 100. 5. 8.  
g c. 14. 23.

g Cant. 7. 1.

h Luc. 2. 13.



i. Apoc. 15. 2.

quæ Dæmones vicerunt, de quibus S. Ioannes dicit, quod habent *Citharas Dei*; & cantarent canticum *Moyſi ſerui Dei*, & canticum *Agur*: quæ sunt cantica militum vincientium, & laudantium Deum ob victoriam obtentam. *Tertius Chorus est ministrorum Ecclesiasticorum* in terra, quibus coniunguntur Angeli à cælo, vt cantus illorum sit magis deuotus. Vocantur autem chori, & castrorum exercitus: eò quod concordibus iuliusmodi vocibus, ortis ex cordibus vnitis, Dæmones vincant, ac de vitio & passionibus triumphent: & ita referant ciuitatem Beatorum: & concordiam, quam merito habere debent filij & ciues Ecclesiæ. Nam (vt S. Augustinus ait) musica & cantus Ecclesiasticus concordie varietate compactam bene ordinatæ ciuitatis insinuat vnitatem. Vt enim in cantu voces, etiam alias valde in se differentes concordant; & varietas Alti & Bassi, Dilectus, & Tenoris, quia in musica concordant, eam reddunt suauiore & iucundiore; ita in ciuitate bene ordinata, qualis est Ecclesia, & quæ esse debet Ecclesiasticorum congregatio; debent omnes in charitatis vnione conuenire, etiam si ingenia & officia valde diuersa habeant. Et quæ ex naturali sua constitutione valde sunt Cholericæ, aut Phlegmaticæ, Melancholicæ, aut Sanguineæ; aut contrarias habentes naturales propensiones: nosse debent, excessus suos mortificare cum tanta animi fortitudine, vt summa pace fruantur; & musicam cordis faciant Deo & eius Angelis valde iucundam. Neque exiguus censendus esset is fructus, quem S. Augustinus insinuat: si eum Ecclesiastici ex cantu suo acciperent.

6.  
Epist. 119. c.  
18. & 19.

”

”

”

**DENIQUE** Sanctus hic doctor tantam huius ministerij habebat opinionem, si fieret vt oportet, vt dixerit: Quando non est tempus, cum in Ecclesia fratres congregantur, sancta cantandi, nisi cum legitur, aut disputatur, aut antistites clara voce deprecantur, aut communis oratio vocat. Diaconi indicitur: alijs verò particulis temporum, quid melius à congregatis Christianis fiat, quid sanctius, omnino non video. Addamus tamen quod fideles ad templum conuenientes, & officia Divina audientes, accipiant omnes hos fructus etiam si ipsi non cantent: si externa illa solennitas sese prouocet ad internam reuerentiam ac deuotionem, & reliquos affectus prædictos. Supponimus enim, quod in huiusmodi cantu & musica nihil debet admisceri prophani, ne quidem eius aliqua species, vel odor, sed summa gravitas ac decencia, quæ ita corporis auditum recreet, vt etiam Spiritum exhilaret, & soletur.

7.

§. II.

**SED** quoniam hic mos posset multum grauare corpus, eò quod officium Diuinum sit prolixum, & cantus ipse laboriosus: percrebait in Ecclesia Catholica consuetudo dicendi huiusmodi Horas Canonicas à duobus Choris; altero versus vnium canente; altero versus alium respondente.

Quoniam



Quam sanctam consuetudinem (ait S. Isidorus) originem duxisse ex ijs que Isaias dixit de Seraphinis: quod a clamarent alter ad alterum: hoc est primus dicebat: *Sanctus*; alter vero eius exemplo permotus respondebat similiter: *Sanctus*; & primus repetebat: *Sanctus*. Et S. Ignatius Martyr (vt refert Nicephorus & alij Doctores) hanc consuetudinem in suam induxit Ecclesiam: eo quod audiisset, Angelos hoc modo cantantes Hymnum Sanctissimæ Trinitatis. Quæ consuetudo fuit postea in tota Ecclesia Orientali & Occidentali vsu recepta. Et est conformis consilio Sancti Apostoli exhortantis fideles, ad cantandos Hymnos, & Psalmos: *loquentes*, inquit, *vobismetipsis*: quod Haymo declarat intelligendum esse quasi mutuo vos exhortemini, vt quisque dicat versum aliquem, & partem. Fuitq; hoc valde expediens: nam varietas hæc canendi & audiendi delectat auditum & prouocat deuotionem; & canendi labor (vt ait Cassianus) redditur suauior, & facilius: quia dum alij cantant, alij quiescunt. Et S. Basilius ait: hac ratione coniungi melius orationem mentalem cum vocali. Nam cum lingua tacet, Spiritus exciratur ad res æternas meditandas: & statim cum maiori seruire ad cantum ipsum redit. Hic etiam modus se mutuo iuuant, alternatim canendo versus Psalmorum, simul verò Antiphonam ad eorum finem: significat efficacitatem boni exempli, quo alij alios prouocent ad feruorem Diuinarum laudum, & ad cordium vnionem, glorificando Deum eiq; se seruendo: pro cuius gloria laudes ipsas decantant. Hæc insignis illa est promissio, quam fecit Deus per Sophoniam Prophetam, loquens de felici tempore Legis gratiæ: *Tunc* (inquit) *reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno*. Labium electum vocat, quod diligenter attendit, vt semper loquatur quæ Sancta sunt & electa, & nominatim in dicendis aut canendis Diuinis laudibus: addendo orationi & cantui omnes conditiones, quas opus adeo excellens quasi comites requirit.

Quoniam verò persona vna non sufficit ad solennitatem & rei amplitudinem; plures autem, nisi bene secum conueniant, non possunt eam, vt oportet, perficere: promittit Dominus noster Ecclesiasticis & Religiosis *labium electum*, & cordium vnionem, vt *humero vno* ferre possint Chori, & Ministrorum Diuini cultus onera. Modò ita distribuendo onus, vt alijs canentibus alij sileant, & alijs sedentibus, alij surgant & stent: modò omnibus simul & magna concordia surgentibus, & cantantibus. Promissio hæc est Dei Domini nostri: eius enim esse debet donum, puritas labiorum, excellentia in Diuinis laudibus cantandis, & animorum vnio ad id prestandam: quam propterea Apostolus à Deo pro iustis petebat: *vt vnanimus, vno ore Deum honorificent*: quod faciebant sancta quatuor animalia, de quibus S. Ioannes dicit, quod requiem non habebant die ac no-

Lib. de Ec-  
clesiast. Off.  
c. 7.  
a I saia. 6. 3

Suarez lib.  
4. de Grat.  
vocali. c. 12  
Lib. 13. Hist.  
c. 8.  
b Ephes.  
5. 19.

Lib. 3. de In-  
stit. Renüt.  
c. 8.  
Epist. 63.

e Soph. 3. 9

d Rom 15. 6



e Apoc. 4. 8

cte, dicentia e *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Omnipotens, qui erat & qui est, & qui venturus est.* Latet verò magnum in eo mysterium, quòd cantria illorum animalium essent similia Leoni, vitulo, & Aquilæ, quæ nouerunt loqui, sicut homo: omnia tamen quatuor loquebãur eadẽ lingua, & eundem canebant cantum, laudando Sanctissimam Trinitatem: vt ex hoc intelligatur, quòd f. *sapientia Diuina* (vt sapiens dixit) *aperitur in*

f Sap. 10. 21.

generi hominum; siue sint rudes, siue bene capaces & apti, siue sint debiles, siue fortes; & omni nationi, quæ sub cœlo est, vt omnes cantent: *Aleluia*, hoc est, *laudate Deum.* Nã (vt ait S. Hieronymus) diuersis linguis vnus

Epist. 84. ad

Sabinianũ

Epist. 93. ad

clerum

N: oces.

& idem Spiritus Dei eius concinit laudes, & omnes (vt ait S. Basilus) ore vno & corde vno offerunt Deo Psalmorum confessionem: sicut enim charitatis vnione eos coniungit in vno Ecclesiæ corpore, ita eos docet orare & laudare Deum, eodem Spiritus fernore: vt in Sancto hoc exercitio dies & noctes constitutis horis expendant, prouocantes totam fidelium multitudinem, ipsos in templis audientium: vt adorent, & laudent

g Apoc. 4. 9

ipsum Deum. Eum in modum, quo S. Ioannes dixit, quòd *g. cum daret illa animalia gloriam, & honorem & benedictionem viuenti in secula seculorum procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in Throno; & adorabant viuentem in secula seculorum: & mittebant coronas suas ante eius pedes; & ceperunt eundem laudare cantico proprio suo, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Vt ex hoc intelligant Reges, & Principes, & omnes mundi huius Domini, cæteri que fideles in templo existentes: quòd licet vnusquisque possit ibi esse cum ea grauitate ac decencia, quæ ipsorum statum decet: statim tamen atque officia Diuina Dei que laudes inchoantur: debeant suis temporibus surgere, & procidere coram Diuina Maiestate, & exuere cor suum omni inani & erecto affectu; & mittere quamcunque suam amplitudinem ante pedes Dei: propriam etiam Hymnis & canticis eum laudantes, & confitentes, se creaturas esse: sapienti huius Domini: cuius sola voluntate sunt, viuunt, & conseruantur.

8

IMPONAMVS capiti huius finem, indicata differentia inter eos, qui Diuinum officium in choro canunt, & qui seorsum illud legunt. Hi enim solum attendere debent spirituali suo profectui: ita opus hoc faciendo, vt placeat Deo; & ipsi fructum & profectum acquirant: qui autem canunt, præter hoc debent etiam attendere ad bonum spirituale fidelium conuenientium in Ecclesia: ita opus hoc facientes, vt placeat Deo & proximo: profit ad ædificationem. Ex quo fit, vt omnes cæremonias merito seruare debeant, quas in eum finem Ecclesia statuit adhibendas. Qui autem

foli



foli officium legant, possunt eo modo tonoque vocis dicere, qui magis eos iuuet, ad augendam suam deuotionem; siue tantum legant, siue etiam soli cantant. Et similiter si legant officium cum alio, possunt in se versus diuidere, vt laborem minuar dicendi omnes: quemadmodum in ipso choro fit. Iam enim consuetudo hæc recepta est, & approbata in vniuersa Ecclesia. Ac propterea S. Clemens in Apostolicis suis constitutionibus dixit: quando fideles non possunt convenire in Ecclesiam ad canonicas Horas dicendas, *vnusquisque psallat sibi, canat, aut oret, saltem duo simul, aut tres.* Nec dicit plures quia multitudo in particulari recitatione aliquam adferret confusionem. Et rectius, & maiori cum ordine orant duo vel tres, quasi duos choros facientes: eum in modum, quo Tertulianus dicit, morem fuisse olim inter pios coniuges: Quid maritus illi, & quid illa marito cantabit? Sonant inter duos Psalmi, & Hymni: & mutuo prouocant, quis melius Deo suo canat. Quod si decentem seruent moram in legendo, haurire poterunt fructus & utilitates, quas diximus obtinere tacentem tempore, quo alter canit.

Lib. 3. c. 34.

Lib. 2. ad  
vixram c. 6.  
Ec. 9. ad  
finem.

## CAPVT. III.

## VALOR ET EFFICACIA ORATIONVM QVAE NOMINE Ecclesia fiunt,

**A**LIAE EXCELLENTIAS ET UTILITATES non minoris momenti, quam sint prædictæ, habent Orationes, quæ totius Ecclesiæ nomine dicuntur: quæ inter alias duas valde insignes habet proprietates, ad nostrum institutum accommodatas. Propter quas cælestis eius sponsus de ea dixit: *una est columba mea, perfecta mea:* quia Ecclesia est vna, & est Sancta. Vnitatis eius consistit in eo, quod sit congregatio multorum Fidelium, eadem Fide, & Religione Christiana coniunctorum, sub vno visibili capite Pontifice Romano, S. Petri Successore, & Christi D. N. in terris Vicario. Quæ quamuis vna sit, multas tamen particulares Ecclesias complectitur, quæ sunt etiam congregationes fidelium sub specialibus capitibus, hoc est Episcopis, Apostolorum Successoribus: & propter hanc vniionem dicitur tota Ecclesia Sacrificare, orare, canere, & alia similia facere: cum ea facit præscripto & ordinatione Christi D. N. qui eius est fundator, & præcipuum caput; aut decretis Episcoporum conuenientium in Concilijs cum suo capite Summo Pontifice, (hi enim representant Ecclesiam vniuersalem) aut Decreto & Constitutione Summi Pontificis, cui Christus D. N. vices suas plenissimè reliquit. Non tamen est necesse, omnes Fide-

Cant. 6. 8.



les hæc opera per seipfos præstare; sed tatis est, quòd ea faciant per alios, qui cum sint eiusdem Ecclesiæ pars quædam, ab ea destinantur ad huiusmodi ministeria. Eum in modum, quo dicimus hominem videre, ambulare, & laborare: quamuis hæc non faciat omnibus sui corporis membris, sed aliquibus, quæ ad huiusmodi actiones sunt apta, & à natura destinata; viderenim homo oculis, ambulare pedibus; laborat manibus. Ecclesiæ Sanctitas consistit non solum in sanctitate Legis, Sacramentorum & Sacrificiorum, quæ in ea sunt; sed in eo etiam quòd in eadem congregatione fidelium semper sint aliqui verè Sancti, & amici Dei habentes charitatem, & virtutes valde præstantes: quorum opera & actiones valde ipsi placent, magnumque in ipsius oculis meritum habent. Ex quo provenit: ut quamuis in Ecclesia multi sint peccatores: (est enim in hac aræ multum straminis siue paleæ cum frumento admixtum habentis) quod tamen ipsa in communi facit, est Deo gratum: eò quòd oculis suis potius coniciat in amicos, quos in ea habet, ipsique placent: quàm in improbos, ipsum offendentes. Cum ex colloquio, quod Abraham cum Deo habuit circa maledictas illas ciuitates Sodomæ, & Gomorrhæ, eisq; contempnes, constat quòd Deus ignouisset multitudini peccatorum adeò horrendorum, si inter eos inuenisset quinquaginta iustos, quadraginta, aut viginti, imò si vel decem tantum inuenisset: *b dimittam, inquit, omni loco peccatores. Et per Ieremiam dixit: c circuite vias Ierusalem, & aspiciete, & considerate, & querite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem: & propitius ero ei: toti scilicet ciuitati.* Deus enim Dominus noster valde propensus est ad clementiam & misericordiam; & propter aliquorum iustorum sanctitatem benefacit communitati peccatorum, in qua illi viuunt: quantò igitur magis id faciet toti Ecclesiæ: in qua multi sunt Sancti: quorum sanctitas non amittit suum splendorum propter aliorum malitiam. Ex quo fit ut Ecclesiæ sanctitas hoc nomine augeatur, & imminuatur. Tunc enim sanctior est cum plures habet præclaros Sanctos. Ac propterea tempore Apostolorum, & in suis initiis fuit Sanctissima propter heroicam sanctitatem, quæ in primæuis Christianis eluxit.

## §. I.

**E**X Hoc fundamento deducere licet præstantiam & excellentiam orationum Ecclesiæ: quæ est corpus quoddam mysticum cuius præcipuum caput est Christus; cor autem (ut ait S. Thomas) est Spiritus Sanctus. Quemadmodum autem caput, & cor, cum toto corpore operantur per spiritus vitales, quos ei communicant: ita Christus Dominus noster, & Spiritus Sanctus orant pro corpore suæ Ecclesiæ, influentes in eam, speciatim in viua eius membra, quæ sunt ipsi iusti, Spiritum orationis, &

ferent-

b Genes. 18.  
26.  
c Ierem. 5. 1.  
3 p. q. 8. a. 1.  
ad 3.



fructus orandi affectus. Tota autem simul dicitur orare per suos Ministros: qui propterea merito esse debent valde coniuncti cum suo capite Christo & cū Divino Spiritu: ut eorum orationes conformes essent Spiritui proprio ipsius Ecclesie, Implentes quod ad hanc rem Apostolus scripsit Ephesiis: *a Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Quamvis autem videatur Apostolus loqui de mentis oratione, qua quisque se cum Deo in corde loquitur sanctis cogitationibus, ac meditationibus: tamen etiam loquitur (ut ait S. Thomas) de vocali oratione. Vocat autem cantica spiritualia ea, quæ ab Spiritu & corde deuoto procedunt; propterea enim eos exhortatur, ut impleantur Spiritu sancto, qui linguas infundit igneas, quas per Sophoniam vocat *b labium electum*; ut cum feruore dicant Psalmos, Hymnos, & cantica laudis, & actionem gratiarum, cantantes ea cordibus & linguis, innitendo gratiæ & virtuti Iesu Christi, cuius nomine orant pro omnibus. Nec vacat mysterio, quod Apostolus huiusmodi orationum & laudum mentionem fecerit: à quo Ecclesia eas accepit, & suis Canonicis Horis inseruit: in quibus inferuntur Psalmi Davidis, Cantica Prophetarum, & Hymni varij, quos viri Sancti adinuenerunt; & alij orandi modi, quos ipsemet Apostolus in suis Epistolis docet; & omnes reliqui, quos Spiritus Sanctus ex communi & ordinaria lege Fidelibus inspirat: memoria scilicet Diuinæ præsentiae; eleuatio cordis ad ipsum Deum, recognitio vilitatis nostræ, & humilis nostræ miseræ, confessio, reuerentia, & adoratio Diuinæ Maiestatis, petitio rerum, quæ nobis desunt, particularis peccatorum nostrorum remissio, victoria tentationum; gratiæ, ac virtutum augmentum; obsecratio, siue Sacri alicuius rituli allegatio: quæ ipsum Dominum nostrum ad nos audiendos inclinet; actio gratiarum pro acceptis, beneficijs oblatio & vota siue proposita rerum, quæ ad obsequium Diuinum spectant; laudes Dei propter magnalia, quæ in se continet; & propter ea opera, quæ facit; ac denique memoria præstantissimarum rerum, quas fecit in tribus legibus, Naturali, Scripta & Euangelica fauendo, prosequendo & remunerando iustos; puniendo verò peccatores; ad nos permonendo, ad affectus amoris, Spei, & contritionis, & alios multos in omni genere virtutum: quibus affectibus Horæ Canonice sunt plenæ, ut postea adhibemus.

Quod præsertim in his orationibus magis splendet, est valor & efficacia earum ad obtinendum quod quærunt. Pro cuius explicatione supponendum est: orationem aliam esse particularem, aliam communem. *Particularis* illa dicitur, quam quisque proprio suo nomine ac deuotione facit, remedia petens suarum necessitatum, aut etiam proximorum: siue mente

a Ephes. 5. 19  
Colos. 3. 16.

2 2. q. 91. a.  
7. ad 1.

b Soph. 3. 8.



Dux. Spirit.  
Tract. 1. c. 15

tantum oret, siue etiam voce; siue ipsemet verba componat, siue ab alio  
composita legat. Quod fufius explicuimus in libro meditationum, & in  
Duce Spirituali.

CVM autem Ecclesia non sit aliud, quam Fidelium omnium Congre-  
gatio; quod quisque in particulari melius nouerit orare, maioreque ferro-  
re & spiritu id fecerit: eo amplius promouebit valorem orationis totius  
Ecclesie: cuius oratio vocatur communis. Quamuis hæc communitas possit  
esse duplex: Altera, cum fideles alicuius prouincie, Ciuitatis, aut fami-  
liae ex sua deuotione & cum spiritu Dei conueniant in vnum locum ad  
orandum, alicuius necessitatis omnibus communis causa: vt fieri solet  
tempore siccitatis, aut pestis, aut belli; cum instituuntur Supplicationes,  
dicuntur Litanie: & in templis conueniant, vt pro inuicem & pro om-  
nibus oret. Sed magis proprie appellatur oratio communis & publica ea que  
fit nomine totius Ecclesie vniuersalis. Quæ vt talis sit, duas debet habere  
conditiones. Prima est; vt qui eam facit, sit ipsemet Ecclesie Minister  
eiusdem auctoritate designatus & constitutus ad hoc ministerium orandi  
nomine ipsius Ecclesie: quales sunt omnes Sacerdotes, & quicumque  
sunt ordine Sacro insigniti, aut Ecclesiastica habent Beneficia: Secunda  
conditio est, vt ipsæ orationes sint etiam ab ipsa Ecclesia constitutæ, vt  
ipsius nomine offerantur: quales sunt septem Horæ canonicæ; & quæ in  
ipsa Missa designantur. Eum in modum, quo legati siue oratores debent  
nominari à Principibus, qui ipsos mittunt; & illi ea tantum negotia age-  
re, quæ Principes illis committunt. Ex quo fit, vt si quispiam secularis  
propria deuotione inductus Canonicas Horas legat, etiam in loco publi-  
co, quale est templum, aut cum alijs: eius oratio nec communis, nec publi-  
ca dicatur; sed secreta & priuata: eo quod non eas dicat nomine Eccle-  
siae, à qua non est ad id destinatus. Et similiter, eum Sacerdos Coronam  
siue Rosarium Beatissimæ Virginis orat: eius talis oratio nec communis  
est, nec publica. Rosarium enim non est oratio ab Ecclesia suis ministris  
prescripta, vt eam eius nomine faciant. Si tamen idem Horas Canonicas  
recitet, siue id faciat in templo, siue in priuato suo Oratorio; siue solus,  
siue simul cum alijs: talis eius oratio vocatur communis & publica; quia  
eam offert nomine totius Ecclesie, quam repræsentat. Ideoque etiam si sit  
solus, dicit: *Oremus*; &: *Dominus vobiscum*; & respondet sibi: *Et cum spiritu  
tuo*, & similia alia verba dicit sibi ipsi, quasi cum multis, aut multorum  
nomine loqueretur. Sancte autem ac pie constituit Ecclesia, vt certis diei  
temporibus multi conueniant in Chorum, ad has Horas Canonicas dicen-  
das: vt sic conuenientes repræsentent veram Congregationem ipsiusmet  
Ecclesie vniuersalis, quæ per ipsos oret.



## §. II.

**P**RÆCIPVVM harum orationum diffe- imen confiftit in efficacia-  
 & valore earum. Particularis enim oratio totum suum valorem & effi-  
 cacitatem accipit ab ipso orante : & iuxta maiorem, aut minorem  
 eius sanctitatem ac dispositionem, Oratio ipsa est magis aut minus utilis  
 & fructuosa. At Oratio communis valorem & efficacitatem suam accipit  
 à tota Ecclesia, cuius nomine offertur; quæ ex hac parte & hoc nomine  
 multò maiorem habet efficacitatem; non quidem in omnibus orationis  
 effectibus, sed in aliquibus. Si enim attendamus ad illos duos effectus:  
 meritum scilicet augmenti gratiæ, & gloriæ; & spiritualem orantis refecti-  
 onem; non est discrimen aliquod inter vtramque orationem. Hæc enim  
 duo sunt opera & fructus personales, quæ ita ea facienti profunt, vt non  
 possint alijs communicari; & omnino inuitantur Charitati & feruori orā-  
 tis: ita vt neque plus mereatur, propterea quod sit Ecclesiæ Minister; nec  
 amittat quidquam, propterea quod non sit talis. Et tantum promerebi-  
 tur secularis orans ipsas horas Canonicas, quantum Sacerdos oīās eadem,  
 si æqualem habeat Charitatem, & feruore oret æquali. Quoad alios verò  
 duos effectus, hoc est, satisfactionem pro pœnis nostrorum peccatorum;  
 & impetrationem recentium gratiarum ac donorum multum inter eas  
 orationes interest. Nam particulares & priuatæ orationes non satis faciunt  
 pro pœnis debitis, nisi orans ipse sit in gratia apud Deum; ac proinde se-  
 cularis existens in peccato mortali, etiamsi Canonicas Horas legat, non  
 soluit sua debita: imò etiamsi illas offerat pro alio iusto, aut pro anima-  
 bus purgatorij, non profunt illis. Et sæpè non impetrant, quod petunt;  
 quia orantibus desunt conditiones necessariae, vt exaudiantur. Orationes  
 autem publicæ vtrumque effectum & fructum habent per excellentiam  
 eo modo, que superius de orationibus Missæ dictum est: etiamsi sacerdos  
 sit peccator: & nominatim quoad ipsam impetrationem: propterea quod  
 eas orationes dicat in persona Ecclesiæ: cuius preces Dñs noster exaudit;  
 quia tanquam sponsam suam eam diligit, etiamsi Ministrum ipsum oderit,  
 & orationes rejciat, quas proprio suo nomine ipse obtulerit.

**E**XACTIVS hoc ipsum intelligitur, si discurremus per conditiones  
 necessarias ad hoc, vt oratio infallibiliter impetret, quod petit, iuxta pro-  
 missionem à Christo ipso Domino nostro factam. *Prima* est, vt res, quæ  
 petitur, bona sit ac necessaria, aut expediens ad salutem consequendam.  
 Si enim res sit praua, quæ petitur; etiamsi tantum sit leuis culpæ; peccatum  
 esset graue illam à Deo petere. Est enim grauissima in eius bonitatem in-  
 iuria, petere ab eo vt auctor sit qualiscunque peccati.

Et quan-

Tract. 1. c.  
5. § 3.I.  
S. Thomas.  
2. 2. q. 83. a.  
15.







mitas, quæ illam comitantur: cum de Christo ipso Domino nostro dictum sit, quod *hæc exauditus fuerit pro sua reverentia*; & Ecclesiasticus dixit: *quod in oratio humiliantis se nubes penetrabit, & non discedet, donec Altissimus aspiciat*. in qua conditione etiam præcellunt orationes Ecclesiæ: quæ digna est, quæ propter suam reverentiam exaudiatur. Tam propter reverentiam quam ipsa Deo suo exhibet; quam ob reverentiam, quæ sponsæ Christi iure debetur; imò etiam quia quò est maior, eò ipsa se gerit magis humiliter, & in omnibus suis orationibus diffidit sibi, suamque agnoscit miseriam; confidit autem solum titulo illi, quem semper allegat; ut scilicet exaudiatur *Per Dominum nostrum Iesum Christum*, sponsum scilicet ac dilectum suum: sine quo agnoscit se nihil posse; & per quem confidit, se omnia posse. Et ipsemet Christus discipulis suis, cum essent in cœnaculo dixit: *Quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis; & quodcumq; petieritis me in nomine meo hoc faciam, ut glorificetur Pater in filio. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis*. Hoc totum accipit sibi Ecclesia præsens, quæ successit ei, quæ tunc erat in illo cœnaculo; & cum sit semper sancta maneatque in Christo, & Christus in ea: audet petere quicquid vult, quod semper est bonum; & sperat se id obtenturam, quatenus expedit: non ob sua merita tantum; sed propter bonitatem & liberalitatem sponsi sui, & propter reverentiam & humilitatem, quam ipsemet sponsus habuit: quam ipsa applicat sibi.

QUARTA orationis conditio est *Perseverantia*: ita ut nunquam cessemus, nec deficiamus à multiplicandis orationibus donec exaudiamur; & impetremus, quod petimus. Solet enim Deus iustissimis ex causis id differre, ut in alio loco explicuimus. Et necesse est: *nunquam deficere*, ut ipsemet Christus monuit, ad ducto exemplo *viduæ venientis ad iudicem, qui per multum tempus nolebat eam audire*: quia tamen illa molesta ei erat, tandem obtinuit ab eo quod petebat. Quæ autem hæc vidua est, ait S. Augustinus, nisi Ecclesia Catholica, quatenus eius sponsus Christus in cœlum ascendens, ab ea discessit, eam relinquens in hoc exilio? Cumque semper persecutionem à suis aduersarijs patiatur, & in suis filijs continuè auxilio indigeat: semper gemit, & nunquam cessat. Ac propterea constituit ministros, qui omnibus horis diei & noctis hoc orandi officium obeant, ut ipsorum præsentia dignam eam reddat, quæ exaudiatur.

DENIQUE licet aliqui ex sanctis senserint promissionem infallibilem, quòd orationes nostræ sint exaudiendæ; intelligendam esse tantum cum pro nobis ipsis petimus; non autem ita cum pro aliis. Hoc tamen non nocet Orationibus Ecclesiæ. Cum enim illa sit omnium fidelium Congregatio: cum illa pro suis fidelibus orat, etiam censetur pro se ipsa orare: ideoque hoc nomine etiam est exaudienda. Et quando

h Hebr. 5. 7.  
i Eccli. 35. 22

h Ioan. 14. 13.  
16. 7.

4

in Luc. 18. 2

Lib. 2. 99.  
Evang. 6. 45  
tomo. 4.

S. Tho. 2. 2.  
q. 83. a. 15. 5  
16.  
Ex S. Aug.  
Tract. 73. 5  
102. in Ioan.



Lib. 5 in c. 3  
Luca.

orat pro infidelibus, etiam pro se ipsa orat: nam propriam dilatacionem petit per conseruationem eorum, pro quibus orat. Adde, quod (S. Ambrosius dixit) non est, cur Saluatoris promissio angustetur & contrahatur ad petitionem orantis pro seipso: cum ipse vniuersim dixerit, se concessurum quidquid peteretur. Promissiones autem fauorabiles Principis & dede immensi, non coarctanda, sed amplificanda potius sunt ad omnem multitudinem, quam ipsa sonant: siue quisque pro se petat, siue pro alijs. Non enim minus tibi dari censendum est, quod pro alijs petis, quam si pro ipso petas: cum vtrumque in tui gratiam concedatur. Sicut Angelus quidam dixit S. Paulo oranti pro suis socijs, qui erant in periculo pereundi in tempestate: *n donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.* Cum igitur Ecclesia sit quasi nauis, in qua omnes fideles nauigamus, si omnes oremus pro *inuicem ut saluemur*, sicut dixit S. Iacobus Apostolus: Deus oranti dabit salutem eorum, pro quibus orat.

n Actuum  
27. 24.  
o Iacob. 5. 16

CAP. V. T. IV.

UTILITATES ET COMMODA ORATIONIS, QUAE FIT A MULTIS SIMUL.

*Multis simul in vno loco manentibus vnus pro omnibus orat.*



**X** HIS QUAE PROXIMO CAPITE diximus de vtilitatibus & commodis orationis communis, quae fit nomine totius Ecclesiae, deducere licet etiam commoda orationis multorum fidelium, qui ob aliquas speciales causas in vnum locum conueniunt ad orandum, sicut in primaeua Ecclesia conueniebant propter occurrentes necessitates. Et cum conuenissent semel Apostoli cum

n Actuum  
4. 24. 3.

aliquot fidelibus, ait S. Lucas, eos a *unanimitate leuasse vocem ad Deum*, tantoque feruore spiritus, ut locus totus *moeretur*, in quo erant congregati, *& repletos omnes fuisse spiritu S.* ex quo apparet efficacitas & excellentia huiusmodi orationis, quae fit a multis simul. Quae deduci potest, *Primum* ex speciali Christi Domini nostri assistentia, qua sic orantibus adest, implet quod promissit: *b si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quaecumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quomodo autem est in medio eorum, nisi tanquam Mediator, ut exaudiantur, & tanquam protector, ut iuuat eos petere cum feruore & fiducia? *Huc* accedit, quod vna Charitatis, quam ostendunt, dum conueniunt ad simul orandum, sit insignis dispositio, ut eorum oratio exaudiat: valde enim placet Domino nostro fidelium concordia. Ac propterea in oratione quam omnibus prescripsit, voluit vocari *Pater*, & quidem non meus sed *nosfer*: sic eis significans, debere ipsos coniu etos & vnitos viuere, sicut fratres absq; vlla ab inuicem dissensione, & si qua forte esset, oportere eam remouere ante ipsam orationem, ac propterea in eadem oratione adiunxit: *sicut & nos dimittimus*

I  
b Mat. 18.  
19.

2  
c cap. 6. 9.



orationes nostras. *Præterea*, quando multi simul orant, augetur fiducia: quia  
 unusquisque sibi persuadet, obrenturum se per alium, quod per seipsum  
 non existimat se promereri. Et quoniam ex humilitate quisque sibi diffi-  
 dit, ita omnes simul magis digni redduntur, qui exaudiantur. *Fervor* quo-  
 que crescit, quia alterius exemplo alter excitatur, & modestia ac tranquil-  
 litas ferventium impellit tepidiores ad eandem habendam. Ex quo fit  
 multò facilius *Persévèrantia* in oratione, quando plures adsunt locij. Qui  
 enim seorsim orat, citò defatigatur: qui autem orat cum alijs, minùs sen-  
 tit suum laborem: quia aliorum exemplo sese excitat ad persévèrandum.  
*Demig*, multorum oratio, quæ simul fit, est instar congressùs cuiusdam,  
 quo Deum ipsum inuadimus; & genus quoddam violentiæ, quæ ei infer-  
 tur: ut, quod petitur concedat. Quemadmodum enim Tertullianus dixit:  
 qui sumus eiusdem corporis membra eadem fide ac fiducia coniuncti, cõ-  
 uenimus in vnum locum, ut Deum quasi manu facta precationibus ambiamus  
 orantes. *Hæc vñ Deo grata est.* Hoc idem perpendit S. Chrysostomus expli-  
 cans, quod euenit, cum S. Petrus seruetur in carcere iussu Herodis Re-  
 gis: nam, ut ait S. Lucas, *oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum*  
*pro eo.* Ecclesiam vocat Congregationem fidelium qui erant in Ierusalem;  
 & eorum nominatim, qui simul erant in domo Mariæ matris Marci, conti-  
 nuè orantes pro hac necessitate, per quorum orationem liberavit Deus A-  
 postolum ac in eandem domum deduxit. Quid inquit hac oratione potentius,  
 quæ columnam & Ecclesiæ turrim æquuat? magna est vis orationis  
 in Ecclesia concorditer à populo oblatæ. Ne dixeris: vix pro me ipso o-  
 rare audeo; quomodo pro alijs audebo? Nam quòd vnus pro multis orat,  
 magnam requirit fiduciam, & spiritus libertatem: si autem multi conueni-  
 ant ad orandum pro vno, non est res difficilis. Et domi quidem orari  
 potest: sic autem, ut in Ecclesia non potest: vbi tanta Patrum multitudo, vbi  
 clamor ad Deum vnanimè emittitur; nõ ita vñm per te solum oras au-  
 dieris, ut cura fratribus tuis. Hic enim maius aliquid est, puta vnanimitas &  
 consonantia, Charitatisq; vinculum & Sacerdotum Orationes: quæ sunt  
 potentiores: quibus si debiliorem coniungantur, simul cum eis ascendunt  
 ad cælos. Hæc S. Chrysostomus. Nec tamen per hæc quæ attulimus, reici-  
 mus orationem priuatam, & seorsim in oratorio, aut cubiculo: ( præcipuè  
 cum, qui orant, perfecti iam sunt, & exercitati: ita ut opus non habeant ex-  
 ternis motiuis, quibus existimulentur; nam in eis solitudo habet quædam  
 alias magnas commoditates, ad attentionem, & maiorem ipsius orationis  
 puritatem) sed ponimus ob oculos utilitates huiusmodi orandi, ut fiat cum  
 maiori spiritu: quando necessitas & occasio obligat nos ad eum in praxi te-  
 nendum. Et huic fundamento innititur consuetudo Ecclesiæ & populi  
 Christiani, qua tempore pestis, belli, famis, siccitatis & aliarum tribulatio-  
 num instituit publicas Supplicationes, & Litanias; & exponit Sanctissimū

3  
 4  
 5  
 6  
 In Apolog.  
 tico. c. 39.

Homil. 79.  
 ad Popul. &  
 Homil. 3. de  
 incompre-  
 hens. Dei.  
 nas.

1 Act. 12. 5.  
 2.



c. 114.  
f. 14. 29

g. Matt. 6. 6  
S. Cy-  
prian. Am-  
brosius &  
alij.  
Lib. 1. de  
Cant. &  
Alluvia.  
c. 9.

Sacramentum, ad orationem quadraginta horarum: ut multi conueniant ad orandum, & iram Dei suis orationibus placandam; aut subfidium in aliquibus necessitatibus impetrandum, sicut dicitur de Apostolis ac Discipulis: quod *erant perseverantes unanimiter in oratione*, petentes aduentum Spiritus Sancti; & liberari à *persecutione Iudaeorum & Herodis*. Est tamen advertendum, non repugnare, quòd eadem oratio sit recollecta, & fiat seorsum; & tamen sit eam communis: quando scilicet oratur pro omnibus, & pro communibus Ecclesiae & Christianae Reipublicae necessitatibus. Quod voluit Christus Dominus noster monere, cum dixit: *genu cum oramus, intremus in cubiculum, & clauso ostio oremus Patrem in abscondito*, & statim subiecit formam preceationis, quam Dominicam appellamus, quam (ut Sancti Patres dicunt) voluit esse communem, in qua unusquisque petat, non sibi soli, sed omnibus Fidelibus, quos habet tanquam fratres. Omnes itaque hanc Orationem cum Spiritu Christi Domini nostri decentes, etiam si orent in aliquo angulo, orant in communi, alij pro alijs, & unusquisque pro omnibus. Ex quo fit, ut modus hic Orationis communis praestantior sit, & efficacior particulari: quia maiori innititur charitati & vnitioni amoris cum omnibus proximis: committitur tibi (ait S. Ambrosius) orare pro omnibus, ut appareat magis splendor magnae charitatis: si unusquisque pro se solo oraret, eius oratio esset minus efficax: quia est sola. Nunc autem quia singuli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro singulis. Si pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt; siquidem & tu in omnibus es: ita magna remuneratio est, ut orationibus singulorum acquirantur singulis totius plebis suffragia. Hoc idem docet S. Gregorius, confirmans id ex eo, quod dicit Scriptura Diuina: quòd Dominus misertus fuerit Iob orantis pro suis amicis, reddens illi in duplatum, quae abstulerat. Charitas enim & misericordia, quae pro alijs orando exercetur, multum Deum mouet, ut ipsiusmet pro alijs orantis misereatur; & plus pro se valere preces suas efficit, qui has & alijs impendit. Libentius quippe Sacrificium orationis accipitur, quod in conspectu misericordis iudicis, proximi dilectione conditur. Ex quo intelligent Ecclesiastici, se nihil amittere, sed potius multum sibi ipsis prodesse ex eo, quod Horae Canonicae, quas legunt, aut canunt, cedant in utilitatem omnium. Et eadem ratione omnes fideles, cum pro seipsis orant, debent etiam pro reliquis orare, etiam suis inimicis: cum hac ratione plus pro seipsis lucrentur.

DENIQUE hoc ad nostram consolationem addam: quòd Communio Sanctorum, quae est in corpore mystico Ecclesiae, magis adhuc specialis, quam habent Religiosi eiusdem Religionis, tantam habeat efficacitatem, ut saepe quamuis unusquisque iustus pro seipso solo oret, & sit in



alio loco quam alius: cum sint eodem amore coniuncti, habeantque idem desiderium Deo feruendi; hoc solo quod orent eodem tempore, sufficiat, ut eorum orationes coniungantur in conspectu Divino, & subsidium pro omnibus impetrent. Hoc ipsum valde nobis declarat memorabilis ille exitus orationis, quam fudit Tobias, cum tribularetur à paupertate & ex-citate; & quam eodem tempore fudit Sara filia Raguelis afflicta propter improperium quo fuerat affecta, quasi ipsa occidisset septem viros prima nocte nuptiarum, quos Dæmonium occiderat. Quamvis enim valde procul alter ab altero distaret, neque alter quicquam de altero sciret: perpendit tamen Scriptura Divina, quod h eodem tempore exaudite sint preces ambo-  
rum in conspectu Summi Dei: & missus sit Angelus Domini Sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitata. Qui tamen Angelus non venit propter solum Tobiam, nec propter solam Samam; sed propter utriusque orationem, quæ id à Deo impetrauerat. Cuius sapientia & charitas est infinita; & videns necessitates seruatorum suorum, etiam si seorsum vnusquisque, & in diuersis locis oret: attendit ad orationes & clamores quos fundunt; & medium aliquod adhibere tolet, quo simul multorum necessitates reparat. Felices qui tam bono Patri seruiunt, cuius i oculi ( ut ait Dauid ) semper sunt super iustos & aures in preces eorum, ut eas exaudiat.

h Tob. 4. 24

ip sal. 33. 16

## CAPVT. V.

QVOSNAM OBLIGET PRÆCEPTVM LEGENDI:  
sive canendi officium Diuinum; & intentio necessaria ad illud explendum  
& perfectius orandum.

**C**ATHOLICA ECCLESIA SPIRITV SANCTO ILLVSTRATA, agnoscens plurimum se indigere orationibus ad sui conseruationem & augmentum, & ad spirituale ac temporale suorum filiorum bonum: noluit orandi exercitium; suorum Ministrorum libero arbitrio relinquere: quasi per modum consilij illud eis commendaret; nec tatis sibi esse voluit, quod tales Ministri eodem generali præcepto orandi tenerentur, quo cæteri Christiani; sed præceptum, & quidem valde seuerum eis imposuit, obligans eos ad persoluendas septem Horas Canonicas plenè & exactè, ut constat ex decreto Innocentij Papæ in Concilio Lateranensi, quod sic habet: *Districte precipientes in virtute obedientia, ut Diuinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent, pariter & deuotè. Quod præceptum, ut constat ex communi sensu, & consuetudine Ecclesiæ, districte ac seuerè obligat omnes Ecclesiasticos Ordinis Sacri,*

c Dolentes  
Sc. Presbyter de celebra-  
dra. Missarum. Suarez  
Lib. 4. de  
Horis c. 16.  
Concil. Basilsen. Sess.  
22. c. Quali-  
ter extra  
chorum Ho-  
ra Canoni-  
ca sint di-  
cenda.

Gg 3

per quem



a *Iſaia. 43. 7*c. *Quis. De  
reſcriptis in  
6.*D. 92. c. 7.  
tmo. Clem.  
de Celeb.  
Miſſar. c. 1.  
Suarez lib.  
4. de Horis.  
c. 9. & 10.  
c. unico de  
Cleri. non  
reſidenti  
in 6.  
Seſſio. 24. c.  
12. de Reſor.  
ſirca finem.

per quem deputantur ad laudandum Deum; quibus aptè conuenit illud Prophetæ: *2 omnem illum, qui inuocat nomen meum, in laudem meam creari dolum.* Et cum Eccleſia eos velit eſſe à curis matrimonij expeditos per uocæ caſtitatis; æquum omnino eſt, ipſos occupari & attendere Diuinis laudibus; & frequētius orare, quàm faciant coniugari. Idem præceptum obligat etiam omnes clericos, habentes aliquod Eccleſiaſticum Beneficium, ex cuius redditibus ſuſtentari poſſunt: Beneficium enim datur propter officium. Et quamuis clerici beneficiati plura officia in Eccleſia habere poſſint: hoc tamen dicendi Horas Canonicas, uult Eccleſia omnibus illis eſſe commune, ut orent pro toto populo Chriſtiano, à quo accipiunt alimenta; & quia hoc ipſum officium orandi eſt medium aptum ad reliqua beneficia præſtanda. Sed aliqui, præter hoc præceptum, ob ſpecialè ſui beneficii obligationem, tenentur diuinum officium in choro ſuis temporibus canere cum ea, qua par eſt, decentia ac ſolemnitate: quales ſunt Canonici, Rationerij, & alij Beneficiati: qui quaſi Miniſtri conſtituti & con ducti ſunt ab Eccleſia ad hoc Miniſteriu; ac proinde ex iuſticia tenentur non deſerere Chororum; quòd ſi abſque cauſa legitima abſint, grauiter peccant contra præceptum Eccleſiæ, & contra pactum, quod cum illa inierunt. Et præterea amittunt Distributiones, & partem fructuum ei miniſterio reſpondentium. In qua re nullus relinquitur locus indulgentiæ & remiſſioni: ut conſtituit Concilium Tridentinum, renouans conſtitutionem Bonifacij Octauum addit: *Omnes Diuina per ſe & non per ſubſtitutos compellantur obire Officia, æque in Choro ad præſallendum inſtituto Hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteq; laudare.* Ex quo apparet, prædictos Canonicos & reliquos non ſatiſfacere, ſi tantùm adſint in Choro, non tamen cantent; etiam ſi aliàs Diuinum recitent Officium: tenentur enim etiam canere, quando legitima cauſa non adest, quæ ipſos excuſet. Præceptum enim non tantùm obligat, ut adſint, ſed ut adſint ad canendum Officium, iuxta Eccleſiæ conſuetudinem: neque enim cantus ſeruari poſſet, niſi aliqui canere tenerentur. Cum igitur non ſit maior ratio, cur alij potiùs quàm alij tenerentur, facilè intelligitur omnes teneri.

E A D E M obligatione (licet non cum tanta ſeueritate) tenentur ex conſuetudine Religioſi, qui iuxta ſuum Inſtitutum proficentur, Horas Canonicas in choro canere. Quamuis enim Prælati teneantur ualde exactam adhibere diligentiam, ne chorus à Com munitate negligatur; quod tamen ſinguli Religioſi in particulari, etiam abſque legitima cauſa, deſinat, eam ſola culpam aut poenam incurient, ad quam eorum Regula, aut Superiorum Ordinatio eos obligaret, aut imponeret: hoc autem oritur ex fine, quem choro ſuo habendo intendunt; qui diuerſus eſt à fine Eccleſiaſticorum Secularium. Quorum Chorus præcipuè non dirigitur ad ſuum profectum.



etiam, sed ut plebs, cuius decimis & redditibus sustentantur, accedere possit ad templum, & his ministerijs interesse. Ex quo etiam provenit, ut & si Ecclesiastici ea exercent, tanquam media proprii profectus Spirituales, si ea faciant cum perfectione, qua tenentur. In Religiosis autem contra sit eorum enim Chorus & cantus præcipue fuit institutus tanquam medium quoddam proportionatum Professioni, quam profitentur iuxta suum statum. Cum enim tantum sint Divino cultui & seruitio mancipati: nec tamen omnes ( ut aduertit Gerson ) apti sint ad orationem mentalem, & meditationem, aut contemplationem quietam: expediebat designare illis hunc modum occupationis, in qua partem diei & noctis expenderent in cantu Choralis, ad se ipsos movendos ad devotionem & amorem Dei, & hoc medio implendam exactè specialem obligationem, qua tenentur, laudandi Deum: etiam si populus Christianus ad huiusmodi ipsorum officia non accederet, neque ille elemosinas aut stipendia eis daret. Sed hinc etiam provenit, ut accedentes ad ipsorum officium, eundem capiant fructum, quem caperent accedentes ad eadem officia reliquorum Ecclesiasticorum. Cum igitur oratio Religiosorum siue lecta, siue cantata in choro accipiatur quasi medium propriæ perfectionis: hic ipse novus erit titulus, invitans & impellens, ut conentur excellere, quantum licebit in eo cum magna excellentia præstando: non tam quoad externam solemnitatem, quam quoad perfectam observationem rerum, quas Ecclesia præcipit, & suadet, ut fiant cum perfectione.

## §. I.

**A**D CIVIS maiorem declarationem supponendum est: hoc præceptum duo actuum genera complecti: quosdam internos, spectantes ad intellectum, voluntatem, imaginationem, & sensuum appetitum, in quibus sunt affectus animæ sensibiles: qui omnes deseruiunt orationi ex ea parte, qua includit quod mentale est. Alij sunt actus externi, qui pertinent ad orationem vocalem: & hi consistunt in prolatione verborum cum cæteris circumstantijs ad corpus spectantibus. Primi actus sunt præstantiores, eo quod in eis consistat substantialis perfectio orationis, & sint secundis difficiliore. Corporis enim membra obtemperant homini absq; resistantia; & in eius potestate est, si velit loqui, aut canere cum longiori mora; habere oculos demissos, manus & corpus ipsum quietum in vno loco, cum hoc aut cum altero situ. Internæ autem potentia, & nominatim imaginatio, & sensuum appetitus non hoc modo ei obediunt; sed cum aliqua repugnantia, neque enim est in hominis potestate ita de hac te cogitare, ut non cogitet de altera; attentus esse ad id quod dicit, aut deuotus ac tener: sed potius læpè distrahitur & arefcit; & magna opus est vi, ut distractionem, & spiritus ariditatem, à se remo-

ueat.

Vide Suarez  
supra c. 12.p. Alpha  
bet. 78. l. 3.



2 Eccli. 43.  
33.

ueat. Quemadmodum tamen corpus & anima mutuo se iuuant in suis actionibus: ita in recitatione & cantu actus interni multum conferunt, ut externi fiant cum sua virtute; & hi etiam iuuant, ut interni fiant perfectius. Et utroque commendauit Innocentius Papa, cum constituit, ut officium diceretur *studiosè & deuotè quantum Deus dederit*: quia eius est donum, & vnusquisque (vt ait Ecclesiasticus) *a benedicere debet Dominam, & recitare illum quantum potest*, intendendo omnes suas vires, vt hoc opus præbet cum ea perfectione qua par est, ac decet. Cum igitur interni actus magis sint necessarij, & quasi radix externorum: incipiamus ab ijs, quæ ad eam pertinent, reducentes eos ad tres præcipuos actus.

PRIMVS est ex parte voluntatis, quem vocamus INTENTIONE MORANDI; secundus est ex parte intellectus quem vocamus ATTENTIONEM, siue aduertentiam ad id quod oratur; ex quibus tertius resultat, qui vocatur DEVOTIO, & consistit in promptitudine voluntatis ad hoc opus peragendum: quam deuotionem comitari solent alij teneri affectus, qui vocantur deuotio sensibilis. Et in omnibus his tribus actibus est aliquid omnino necessarium ad veram & vtilem orationem; aliquid autem est solum ex consilio, vt illa sit perfecta. Qui tamen ita solent esse connexi, vt de quocunque aliquid dicamus, opus sit aliquid de alijs miscere.

1  
Vide Suarez  
lib. 3. c. 3.

OSTENDAMVS hoc nunc in primo actu, hoc est in orandi INTENTIONE: quæ ad eum est necessaria, vt sine ea non possit vera esse oratio: si enim accipias breuiarium, & percurras omnes Psalmos: & orationes quæ in eo continentur, propter solatium, aut curiositatem, aut stultitiam, verè non oras: nam orare est cum Deo colloqui, & verba ad eum dirigere: Quando autem orationes legis ob fines prædictos, non magis cum Deo colloqueris, quam cum legis alios libros. Est igitur necessarium cum ea intentione legere, vt cum Deo colloquaris, & gratias ac dona ab eo petas, & verba illa ad infinitam eius Maiestatem dirigas, faciens illam actum Religionis, qui ex se dirigitur ad cultum Diuinum, & remedium nostratum necessitatum. Ex quo apparet, non satisfieri præcepto Ecclesiæ illo modo Officium legendi: hoc enim præceptum est orandi Deum, & has eius laudes proferendi: quod non expletur, nisi cum prædicta intentione ac sine officium illud legatur.

2

VERVM quidem est, non esse omninò necessarium, quod hæc intentio sit expressa, & actualis quotiescunq; Officium legitur; sed sufficere, vt implicita sit aut virtualis. Virtualis autem intentio censetur, quæ inicitur alicui actui præterito. Qualis esset, si matutino tempore apud te constitueres orare Canonicas Horas; quas absque alia actuali intentione suis temporibus legeres, ac recitares. Implicita intentio censetur, quæ innititur bonæ consuetudini, quam habes orandi illas Horas pro honore Dei, & vt tu

am ob.



am obligationem impleas, præstans quod ex tuo officio præstare teneris. Cuius indicium esset: quod interrogatus, cur accipis Breuiarium in manus? statim responderes, ad orandum, & satisfaciendum tuæ obligationi. Melius tamen esset actuale ipsam intentionem renouare, antequam ipsæ Horæ Canonica inchoaretur: vt eo proprio spiritu dicerentur, quem illæ requirunt. Ex quo fit, vt ad Ecclesiæ præceptum implendum, non sit necessarium habere expressam & actuale intentionem illud implendi; sed sufficere virtuale, aut implicite, quæ includitur in voluntate quæ habes orandi iuxta bonam tuam consuetudinem. Imò addo: si quis scrupulosus diceret se velle legere aut canere Officium, & tamen nolle tunc præceptum implere; sed illud reperere, vt præcepto satisfaceret: is inquam, si postea mentem & voluntatē repetendi deponeret: non teneretur Officium repetere: nam prima recitatione aut cantu præcepto satisfecit: quia fecit quicquid Ecclesiæ faciendum constituit. Voluntate autem illa Officium repetendi, neque ipse sibi præceptum imposuit, quia non pendet ex eius voluntate præceptum facere; neque voto se ad repetendum obstrinxit: quia id non intendit simplici voluntate & proposito repetendi concepto: ideoque non manet repetitioni obstrictus. Ante tamen, quam tempus Officium dicendi elabatur, teneretur priorem voluntatem non satisfaciendi præcepto per primam recitationem mutare, & velle per eam satisfecisse: nam voluntate illa non mutata, neque repetito Officio, lethaliter delinqueret, nam quantum est in se, dicit, se nolle præceptum implere: sicut etiam peccaret is, quem præceptum impleuisse pœniteret.

Super hanc intentionem, quæ tanquam basis & fundamentum est veræ Orationis sufficiens ad præceptum implendum, erigi possunt varix aliæ intentiones, quædam vitiosæ, quædam verò sanctæ & perfectæ. Neque est cur hoc quenquam deterreat. Nam quemadmodum dicit Apostolus: *b super fundamentum, quod est Christus Iesus, alios edificare ligna, fœnum, & stipulam; alios verò aurum, argentum & lapides preciosos*: Ita etiam super intentionem orandi solent homines ex malitia sua tres alias intentiones vitiosas superædificare, quæ sunt tanquam ligna rudia, fœnum aridum, & vacua stipula: quibus fouebitur Purgatorij saltem ignis. Quædam igitur vitiosa intentio est cupiditas orantium Officium, aut accedentium ad Chorum, præcipue ob stipendium temporale. Alia est intentio inanis, orantium aut canentium ob inanem gloriam: siue quærant ex ipsamet Oratione sancti haberi: sicut Pharisei Hypocritæ, de quibus dixit Christus *quod receperunt mercedem suam*; siue ex aliqua circumstantia, sicut Cantores, qui ex vocis elegantia inaniter gloriantur. Alia est intentio seruilis, orta ex timore seruili, qualis esset eorum, qui ad Chorum propterea tantum venirent, vt pœnam effugerent aut reprehensionem Prælatorum.

3

Vide Suarez  
lib. 4. c. 26.

4

b 1. Cor. 3. 12

c Mat. 6. 5



dp sal. 103.7

Quæ intentiones non impediunt, quò minùs Oratio sit vera, per quam præcepto Ecclesiæ satisfiat; sicut qui Baptizant, consecrant, & alia Sacramenta administrant cum ea recta intentione faciendi, quod iubet Ecclesia: quamuis talibus actionibus prauos alios fines admisceant, non propterea desinunt administrare vera Sacramenta. Ac proinde, qui ob tales fines Officium recitant, etiam temporales distributiones consequuntur licèt defraudentur spiritualibus, & non consequantur æternas. Oratio enim quæ fit propter malum finem, non est actus virtutis, sed vitij: nam virtutis corpus tantùm sine spiritu, & exterioram speciem sine interiori veritate habet. Deus autem potiùs respicit cor, quàm exterioris operis substantiam & speciem. Et de his intelligitur illud Dauidis: *Oratio eius, sicut in peccatum.* Quamuis enim talis sit vera Oratio propter finem, quem ipsum opus respicit: est tamen peccatum, propter malum finem, quem errans sibi proponit. Ex quo fit vt quamuis sic orans se ipsum defraudet fructu talis orationis: quia neque meretur, neque satis facit, neque per eam aliquid sibi impetrat: Ecclesia tamen nõ defraudatur fructu impetrationis quem per eam Orationem intendit, vt superiùs est dictum: sufficit enim ad hoc, vt ipsa purissimam habeat intentionem in eo, quòd per suos Ministros orat ac petit: quemadmodum Sacramenta non fraudantur effectibus suis ob malam Ministrorum intentionem; neque elemosina, quam famulus ob inanem gloriam largitur, desinit esse utilis & fructuosa Domino, qui bona intentione dari eam iussit; sed magna est famuli miseria, quòd ipse iacturam faciat fructùs ex eadem actione percipiendi, qua Dominus magnum accipit lucrum. Magna quæ est Ecclesiastici infelicitas, quòd ipsius Orationes Ecclesiæ prosint; ipse verò, ob prauam appetitam intentionem, præmio fraudetur spirituali, contentus temporali vanæ gloriæ aut bonorum fortunæ. Studeat igitur preciosum à vili separare, & Officio Diuino nullam admiscere vilem & abiectam intentionem; qua illius maculetur aut obfuscetur. Et magna diligentia sensus & affectus suos examinet, qui obliquas huiusmodi intentiones produunt: vt agnitas strenuè mortificet. Si enim cum magna animi voluptate ad Chorum se conferret diebus illis, aut horis in quibus ampliores sunt distributiones; reliquis verò, aut non accedit, cum non adsit iusta aliqua causa: aut cum tædio quodam, & illibenter accedit: indicium est, quòd intentio multum habeat cupiditatis. Aut si inchoata iam aliqua hora, maneat ipse extra Chorum garruens, & expectet ingredi Chorum, donec primus Psalmus absoluat, aut tantùm id vult præstare, quod necessarium est, ne Distributione priuetur: indicia hæc sunt, quòd non obediens, sed lucrifacens accedat. Et qui libenter in Choro cantat, cum frequens est auditorium filet verò, quando non est: satis ostendit, se tantùm canere vt ad spectem

fatis



satisfaciat, aut propter vanitatem, & ita cupiens hominibus placere, placet vere Dæmonibus, & displicet Angelis. Quemadmodum euenit Cisterciensi cuidam Monacho, qui cum præclaram valde haberet vocem, non tamen volebat canere, nisi diebus tolembus, in quibus magnus fiebat ad Chorum concursus. Cumque in quodam ex his diebus cum ingenti inani sua gloria cecinisset, valdeque sibi in cantu suo complacuisse: apparuit Dæmon in figura pueri cuiusdam turpis, & terribilis; & in omnium conspectu cum multis vultus distortionibus, & manum manu percutiens in modum sublationis, & irrisionis, dixit: ô, ô, bene, bene cantauit, Et ita euauit.

§. II.

SED ULTERIVS progredi debet, qui Diuinum Officium dicere cupit cum perfectione; studens supra necessariam intentionem prædictâ, alias adiungere puriores ac perfectiores: quæ sint quasi aurum aut argentum, aut lapides preciosi. Aurum est pura amoris Dei, eiusque gloriæ & laudis intentio, non quæsito alio præmio, aut mercede, quam debitum ei honorem deferre. Nam (vt ait S. Chrysostomus) adeo præclara res est Deum laudare, vt licet nullum aliud præmium speraremus, satis magnum illud esset censendum, quod velit Deus Dominus noster nos in ipsius laudibus occupari, nam hoc est propriè ei gratis seruire: quamuis id non faciamus sine magno præmio, vt supra est dictum. Argentum est intentio propriorum orationis finium, quæ dirigitur ad impetrandam à Deo gratiam ipsi seruiendi, aut obtinendi animæ nostræ refectionem, qua obtineamus animum, & maiorem feruorem in Diuino obsequio. Lapidis preciosi sunt multitudo virtutum, quæ ipsam orationem comitantur, & vnaquæque proprium suum finem ei adiungit: licet enim simul quærere multos bonos fines virtutum, quæ cum ipsa conueniunt. Obedientiam scilicet, tanquam finem obseruandi præceptum; pœnitentiam, quasi finem pro delictis nostris satisfaciendi, misericordiam, applicando ipsam orationem pro necessitatibus viuorum atq; mortuorum; spem, optando præmia & gaudia æterna; animi gratitudinem, offerendo gratiarum actionem pro acceptis Beneficijs; Religionem, ad cultum debitum ei exhibendum; & Charitatem, ad magis ei placendum, eò quod dignissimus sit, cui exactè obediatur, cuique honor, & obsequium deferatur. Hanc Dauid optabat intentionem, cum Deo dicebat: a dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Quomodo autem incensum in altum ascendit, nisi propter vim ignis separantis, quod subtile est à terrestri, & facientis, vt quasi fumus fragrantissimus ascendat? Hunc igitur in modum ignis amoris Dei secernere debet à nostris orationibus quemcunque terrenum finem, mortificando vanitates, cupiditates, & quoscunque alios terrenos, & munda-

In vitis viorum II Ordini, Cister. Spec. Exempl. verba Cantus. exempl. 1.

Serm. de laude Dei post lib. de orando Deum tom. 5. Tract. 1. c. 9.

a Psalm. 140. 2.



b. Apoc. 8. 4. nos fines: vt rectâ, in Deum ascendant, cum odore ingenis suauitatis. Ita  
 vt b. *Angeli de quorum manib. ascendere solet fumus incensorum de orationibus*  
 c. Cant. 3. 6. *Sanctorum coram Deo* (vrait S. Ioan.) dicere possint de anima Eccle. saluta  
 dicente aut cantante Horas: c. *Qua est ista, qua ascendit per desertum sicut per*  
*gula sumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & uniuersi pulueru pigmentariis: ut*  
 si dicerent: quæ est anima ista quæ existens in Choro cum multis alijs, ipse  
 tamen in corde suo ita est sola, atque si esset in deserto? Quæ est ista, quæ  
 cum tanto spiritu orat, ad eò que exuta est affectibus omnibus terrenis, in  
 intentione sua rectâ ascendat in cælum? Sed quid mirum quod sic ascen  
 dat, quæ nouit cum igne amoris coniungere in thuribulo cordis sui myr  
 rham mortificationis electæ, incensum orationis continuæ, & fragrantia  
 d. Cant. 5. 14. virtutum omnium pulueres, adiuncta semper prudentia, vt in hoc opere  
 lam comitentur? ô felicissimum opus ad eò fragrans coram Deo, ad eò que  
 e. Prov. 2. 9. 11. preciosum in eius præsentia, exornatum auro & argento, & preciosis claris  
 s. Cant. 4. 11. s. virtutum lapidibus! Licet omnino dicere de eo, qui hoc modo or  
 rat & agit, quod: *d manus illius plena sint hyacinthis*, ob ingentem valore  
 virtutum, quibus exercitia sua comitatur: cuius verba sunt tanquam *ma*  
*la aurea in lectis argenteis*: quia plurimum eis audiendis delectatur Dominus  
 noster; & ipse magnam sentit spiritûs quietem & tranquillitatem in eis  
 proferendis, dum Creatorem suum magno amore ac puritate in eis laudat.  
 Verè *efanus distillans labia sponsæ* sic orantis, *et mel et lac sub lingua eius*: licet  
 enim fauus multa habet loca, quasi vascula puro melle plena, quod sentim  
 stillat al dimittit: ita Ecclesia ad officium dicendum omnes virtutes con  
 iungit, cum suis puris intentionibus; & ita sensim magna cum tranquillita  
 te, & spiritûs dulcedine verba sua dimittit. Ex quo fit, vt hæc intentio, quo  
 purior est, & ab omni proprio lucro expeditior: eò sit ditior, & ingentibus  
 lucris copiosior; crescit enim aurum Charitatis, & merita vitæ æternæ, au  
 rum dulcedinis ac deliciarum spiritualium, quæ animam recreant; & lapi  
 des preciosi plurimarum gratiarum & fauorum, quos Deus largitur suis  
 cum tanto seruire seruientibus; & distributiones temporales eis multipli  
 cat, & conseruat; ne etiam temporale commodum ipsis desit. Nam etiam  
 g. Mal. 1. 10. in hoc sensu est verum, quod dixit Malachias: qui *claudit ostia* sentium  
 suorum, & *incendit ignem*, quo incensum offert orationis; non  
 id faciet gratuito; sed magnum accipiet præ  
 mium in hac & in æterna vita.





## CAP. VI.

## ATTENTIO AD OFFICIUM DIVINUM CUM PERFECTIOE PERSOLVENDUM NECESSARIA.



SECUNDVS Actus Intellectus proprius, qui debet officium diuinum comitari, siue legatur, siue canatur, est ATTENTIO, siue consideratio eius quod dicitur, & fit. Quæ aded est necessaria ad orandum absq; peccato, vt, qui sponte distrahitur dum orat, non faciat veram orationem, imò etsi aliquid oret absq; obligatione, peccet ita orando, cum enim orat, tenetur (vt ait S. Thomas) orare cum attentione ad id quod facit, ob reuerentiam Dei

Maiestati debitam, cum quo loquitur. Qui non acquiescit adorationi, aut laudibus merè externis; sed potius de eis conqueritur, dicens per Isaiam Prophetam: *a populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a me.* Et bene dixit longè esse: vt enim S. Hieronymus aduertit, non accedimus ad Deum corpore, sed spiritu; nec sola lingua oramus, sed corde; neque adoratur externis tantum ceremoniis, sed vt ipse Saluator dixit: *in spiritu & veritate; nam spiritus est Deus: & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare;* hoc est, adorationi corporis adiungere debet adorationem spiritus. Et quam maior esse potest incivilitas, & irreuerentia: quam si quis cum Rege cælesti colloquens, sponte occupetur cogitationibus rerum terrenarum? Si est inurbanitas; quòd, qui cum magno aliquo principe loquitur, aliò respiciat: quòd maior erit, cum Deo colloqui, & effundere se per imaginationem ad res huius mundi? Et mente attendere ad creaturas, non habita ratione, quòd loquaris cum Creatore? hoc (ait S. Basilius) non est orare: sed irridere, non est Deum placare: sed ad indignationem eum permouere; non est petere aut gratias desiderare: sed incidere in nouas offensiones grauib; suppliciiis dignas: *maledicti enim est (vt Ieremias ait) qui facit opus Domini fraudulenter.* Officium autem Diuinum (vt aduertit S. Bernardus) appellatur per excellentiam *opus Dei*: quo nomine illud S. Benedictus in sua regula appellauit dicens: nullam rem prefferri debere *operi Dei*: quòd igitur minus illud est negligenter peragendum. Quæ autem maior negligentia (ait S. Cyprianus) esse potest; quam à te ipso exire, & permittere, duci te ab impertinentibus ac profanis cogitationibus, dum opus Dei facis quod est oratio? Homines offenduntur cum exteriora indecentia oculis suis vident: at Deus qui videt corda, offenditur distractione voluntaria, quam in eis animaduertit. Et quemadmodum d *spiritus modestus, & quietus (vt ait S. Petrus) est in conspectu Dei* (ocuples valdeque illi placet: ita spiritus inquietus & impudens, qui va-

2. 2. q. 83.

n. 3.

I

1/1aia 29 13

Ibidem.

b Ioan. 4 23

2

3

Ser. de orad.  
Deum. ex S.  
Thom. (sup.  
c Iere. 48. 1.)  
Serm. 47. in  
Cantica.  
Lib. de Orat

4

d. i. Petr. 3 4



*In Psal. 39.**c Psal. 118.  
145.**Suares, hac  
latè probat  
lib. 4. de  
Moris. c. 26.*

gatut per terram, nec vult se continere, pauper est, & miserabilis, Deo  
valde displicet: quia non concordat cum ijs, quæ lingua loquitur. Ideo  
S. Augustinus monet, vt dicant labia quod habet cor: cor autem attendat  
ad ea quæ labia proferunt; & e clament cum Dauide *in toto corde suo*, non  
permittendo in res varias distrahi. Ex quo intelligitur recitantem Ha-  
ras Canonicas cum distractione voluntaria, non implere præceptum Ec-  
clesiæ: quæ verè non iubet dici aut legi Psalmos vocaliter quomodo can-  
que, sed orare & laudare Deum: vult enim Ecclesia satisfacere obligati-  
oni suæ per suos ministros tanquam delegatos & destinatos ad orandum  
ipsius nomine. Quod si illi orent: quomodo potest ipsa per eos orare?  
Et quemadmodum illi, si non habeant debitam intentionem, non satis-  
faciunt suæ obligationi, nec iure possunt distributiones acquirere: ita neque  
satisfacient, neque ius habebunt ad distributiones, si desit illis attentione:  
quia vtraque est necessaria, vt oratio sit vera, ac proinde tenentur iterum  
dicere officium cum debita attentione, antequam præcepti tempus elabi-  
tur: siquidem distractè orantes illud non impleuerunt.

S. I.

**A**LIAE MULTAE rationes ad nos inducendos ad hanc attentionem  
positæ fuerunt Tomo præcedenti ad finem: quarum hoc est com-  
pendium & summa. Quia ad id nos obligat magna nostra vilitas,  
collata cum magnitudine Domini, cum quo loquimur. Deinde ob-  
strum proprium commodum. vt possimus malorum nostrorum remedi-  
um & bona, quæ petimus, impetrare; nec laborare in vanum & sine fru-  
ctu. Item ne culpam contrahamus ex eo, quod ad culpas delendas est de-  
stinatum; & accipiamus detrimentum ex eo, quod ad vilitatem erat or-  
dinatum. Et ne defraudemur fructu refectionis, & robore spirituali, quod  
per orationem possumus obtinere, si simus Fideles Ecclesiæ, & populi  
Christiano, quorum Ministri sumus. Et propter excellentiam ipsius operis,  
quod est dignum, vt summâ diligentia peragatur. Et ne contemptui simus  
hostibus nostris conantibus nostras orationes maculare. Propter exem-  
plum etiam Sanctorum Sacerdotum & Ministrorum, qui nos præcellerunt,  
& suum studium adhibuerunt, vt attenderent quid orarent: nec nunc  
desunt multi in Ecclesia eis similes. Camque nos eiusdem simus Con-  
gregationis: pudor est, si tam procul ab eorum imitatione recedamus. Ac  
denique propter assistentiam Sanctorum Angelorum, nos comitantium, qui  
pudore quodam suffunduntur, videntes nos adeò distractos & artidos ob-  
repiditatem nostram; sicut plurimum lætantur, cum alios vident valde at-  
tentos, & feruenter deuotos. His itaque rationibus permotus, ac persuasus,  
quod plurimum referat hanc habere attentionem, adhibere debes medi-  
practica ad eam obtinendam; & remouere oēs occasiones distractionis externæ  
& internæ.



& interna; & diligentem operam dare, ut cor liberum sit à curis & negotijs, quæ prius agebas; hoc enim est *aire prius ad montem myrrha*, hoc est ad mortificationem; & postea *ad collem thuru*, hoc est ad orationem. Nec sine causa hæc exercitia appellantur nomine *montis & collis*, quæ sunt loca ab hominum strepitu separata: ut significant secessionem, & solitudinem internam, & quietem ac pacem externam; ad quas dirigitur efficacia mortificationis; & easdem exigit oratio, ut sit perfecta. Sed nominatim urget obligatio evitandi occasiones distractionis proximas, qualis esset Horas dicere in foro, aut in platea, aspiciendo quid geratur; aut easdem dicere, cum externo alicui operi faciendo attenditur: quod ipsam attentionem facile ad se trahit, quale esset scribere, aut pingere; & multò adhuc magis, si actio esset interior mentis; quale esset studere, cogitando, ac discurrendo circa aliqua puncta alicuius scientiæ; & multò adhuc peius esset, si opus ipsum aut cogitatio profana esset, & planè indigna officio, quod peragitur, idem etiam detrimentum adfert anxietas & sollicitudo citò se expediendi ab officio, ut ad res alias agendas eatur. Quare mortificatio semper adhibenda est, tranquillando cor, iuxta illud quod ait S. Hieronymus: melior est quinque Psalmorum decantatio cum cordis puritate, & serenitate, ac spirituali hilaritate; quàm totius Psalterij modulatio cum anxietate cordis & tristitia.

UT AVTEM intelligatur quanam attentio sit de præcepto necessaria, & quanam ex consilio: advertendum est, non esse necessarium ut attentio ad officium, quod legitur, vel canitur daret semper actum, & re ipsa quædam totum officium peragitur; sed sufficere, ut officium inchoetur eà voluntate & animi decreto, quòd velit orans esse attentus: nam tale propositum, etiam si postea interrumpatur, te invito, aut non advertente, & propterea attentio non sit semper actualis: manebit tamen propter prius decretum attentio virtualis. Distractio enim involuntaria non est culpabilis in oculis Dei: modò curæ sit, statim atque advertitur eam reparare; & occasio eius, cum præveniri potest, remoueat. Ac proinde Ecclesiæ præceptum non tam est de ipsa attentione ad officium dicendum, quàm de voluntate & firmo animi decreto eam adhibendi & procurandi: ita ut ex parte nostra nihil, ad eam adhibendam, negligatur. Et hanc voluntatem Innocentius Pontifex appellavit *deuotionem*, cum iussit omnes studiosè ac deuotè quantum Deus eis dederit, officium orare. Ex quo, fit ut, teste S. Thoma, nec meritum, nec satisfactio, nec impetratio orationis pereat propter distractionem involuntariam. Cùm enim Oratio sit sancta, & laudabilis, non debet suis fructibus defraudari propter aliquid, quod euenit absq; culpa orantis. Quàmvis negadū nō sit distractionem, etiā involuntariam, duplex magnū incommodū adferre. Alterū est, quòd quoadiu illa durat, non crescat meritum,

quod

Cant. 4. 6.

In res Monachia. c. de contempl. & Orat. refertur De Consecr. D. 5. c. non mediocriter.

c. Dolentes de celebrat. Missarum. 2. 2. q. 83. c. 13.

I Suarez lib. 3. de Gloria. c. 5.



quod, durante attentione, crescere potuisset. Qui enim orat aliquem Psalmum, semper attentus spiritu ad id quod orat, sensim cum ipsis verbis, & affectibus, quos eos dicens excitat, meritum auget. Quia tamen primum tantum verbum attentè dixit, & sic aliquod gratiæ & gloriæ augmentum est promeritus, si in reliquis cum distractione progrediatur, non auget hoc meritum nouo alio gratiæ & gloriæ augmento. Externum enim opus totum suum meritum accipit ab actu interno: quo cessante, etiam nouum cessat meritum. Quamuis totam opus dicatur esse bonum & meritorium propter meritum, quod in primo interno actu habuit. Vult autem hoc monere, non, vt, qui huiusmodi distractionibus vexantur, tantum abijciant; sed, vt ex hoc ad eas præueniendas extimulentur, & auerentur: ne solum augmentum suorum meritorum abscondatur, dum orant. Quamuis non abscondant augmentum satisfactionum pro peccatis peccatorum. Satisfactio enim ex eo præcipuè crescit, quòd opus ipsum sit grauius, & maiorem inferat pœnam, vt alibi dictum est. Cum igitur, quamdiu lectio vel cantus durat, etiam cum distractione inuoluntaria, duret quoque pœna, & labor ipsius operis: idè etiam crescit satisfactio.

ALTERVM nocumentum quod in seculo dicitur, est, quod (vt S. Thomas dicit) amittitur spiritualis resectio animæ: quæ consistit in deuotione interna, aut in bono aliquo cordis affectu, aut in cogitatione aliqua sancta, quæ & illustrat intellectum, & animum addit ad laborandum. Quod totum nec sentitur, nec aduertitur, nisi attendatur ad id, quod oratur. Ac propterea dixit Apostolus: *si orem lingua, mens mea sine fructu est*. Ex quo fit, vt non quilibet attentio sufficiat ad hunc fructum hauendum, nisi talis aliqua procureretur, quæ non solum ad verba attendat.

## §. II.

AD CUIVS REI maiorem explicationem est aduertendum, quod (vt idem S. docet, & S. Bonauentura, & nos fusiùs explicauimus in libro Ducis Spiritualis) tres sint modi attentionis. *Quædam* est superficialis, vt dicitur, ad verba quæ leguntur, aut canuntur: vt bene & integrè proferantur. *Alter* est ad litteralem eorum sensum: attendendo scilicet & diligenter obseruando quid in orationibus petatur, aut dicatur in Psalmis, & Lectionibus. *Tert*ia est spiritualis, quæ attendit ad vnum ex tribus: vel (vt S. Bonauentura ait) ad sensum mysticum magis quæ eleuatum ipsorum verborum; aut (vt ait S. Thomas) ad præsentiam Dei, cum quo loquimur; aut denique ad necessitatem, cuius causâ oratio instituitur: etiam si verba non videantur eò spectare. Harum trium attentionum prima est omnibus necessari; nam sine ea non potest impleri bene præceptum de eis proferendis, & integrè pronuntiandis: & illa sola sufficit pro ignorantibus latinis, & qui non possunt alias considerationes, & excellentes

Tomo. 1.  
tract. 3.2  
Supra.b. 1. Cor. 14.  
14.3  
De Processu  
Religios.  
Process. 7. c. 3.  
Tract. 1. c. 18.  
Suarez lib. 3.  
de horis c. 4.



contemplationes habere, aut inuiti ad alia distrahantur. Qui autem sola hac attentione contentus esset, & simul imaginationem & intellectum applicaret ad res alias prauas, aut nihil ad rem facientes, & remotas ab eo, quod fit: is inquam non impletur præceptum. Cum enim, ut præcepto satisfaciatur, debeat habere intentionem orandi, & cum Deo colloquendi: tenetur procul dubio ita ipsa verba proferre, ut sciens & volens non vage- tur; nec locum det cogitationibus indignis, quæ coram ipso Domino proponantur. Et quamuis orans non teneatur optimam, quæ esse potest, attentionem habere: tenetur tamen non ponere obiectionem ad id indignum, & velle verba illa proferre, quasi homo loquens cum Deo. Quare ignarus Latinæ linguæ curare debet aliquid de tertia attentione; attendendo saltem, quod ore & laudet Deum; & quod illa verba offerat, ut concedat Deus quod in eis petitur; aut illa approbet, & eis glorificetur: etiamsi ipse ea non intelligat. Et hoc sufficit, ut sui desiderij ac voti fiat compos: eum in modum quo legendi & scribendi ignarus offert Pontifici aut Regi aliquod Memorabile ab alio sibi scriptum: quod sufficit, ut ipse quod desiderat consequatur. Et hac via Latinæ linguæ ignari obtinere possunt spiritus refectionem, quæ est Orationis propria: largiente eis Domino nostro spiritualem dulcedinem, & cordis anhelationem, quam possent ex verborum intelligentia haurire.

QUI AUTEM cum maiori perfectione cupiunt Horas Canonicas orare, contendere debent ad tertium genus attentionis in aliquo ex tribus eius gradibus, & præcipue, qui respiciunt ipsum Deum: ita tamen, ut nihil detrahatur primæ attentioni, quæ est ad ipsa verba, nec in ea vllus fiat defectus. Quod intelligemus, si attendamus intellectum nostrum duobus modis posse in Diuino officio, siue legatur, siue cantetur, eleuare sese ad præsentiam Diuinam, & ad meditationem, aut contemplationem rerum celestium, aut nostrarum miseriarum. *Alter* modus est, cum ipse non ex propria electione ad eas se applicat; sed ex inspiratione Dei, ut aliqua tunc ad id impellentis; aut quod ipsamet vocalis Oratio, & Psalmorum lectio cor emollit, & suspendit spiritum; aut ex bona consuetudine & facilitate, quam habet in exercitijs internis. Et tunc dubium nullum est, quin satisfaciatur valde bene præcepto Diuini Officii dicendi. Esto enim non habeat tunc actualem ad ipsa verba attentionem: quia tamen virtua- lem habet, et ad id sufficit: sicut etiam fuisset satis, si nolens fuisset ad alia distractus. Qui tamen aduerneret, se ita trahi ad sublimes ad id meditationes, debet eas interdum interrumpere, renouando attentionem ad verba, quantum scilicet opus erit, ut sit certus & tutus, quod omnia dixerit. Nam si suspensio spiritus tanta esset, ut re ipsa lingua non fungeretur officio suo, non impleteretur præceptum: quod non est latum de oratione tantum men-



tali, sed etiam de vocali. Quod tamen incommodum euadet, si oret simul cum alio, aut saltem legat in libro.

ALTER orandi modus est cum spontè sese applicat orans ad cogitandum de Deo, aut aliquo mysteriorum eius. Et tunc etiam mihi certè persuadeo (quod & S. Thomas, & alij graues Doctores dicunt) hanc attentionem sufficere: modò sufficiens cura adhibeatur, ne sit defectus in prolatione verborum. Nam ad veritatem & perfectionem oratoris vocalis non opus est, cum reflexione quadam cogitare, quòd loquaris, aut aliqua verba proferas: sed satis est, quòd re ipsa ea proferas, & dirigas ad Deum, qui illa intelligit; & vt internè cum eo loquaris, ac de eo cogitas. oratio enim (vt ait SANCTVS IOANNES Damascenus) est eleuatio quædam Spiritus in Deum: in hoc autem casu, Spiritus est eleuatus & cum Deo vnitus: quia simul offers cor tuum & Sacrificium illud labiorum tuorum, verba scilicet illius orationis. Non tamen sufficeret ad hoc, quòd meditatio esset de rebus bonis ac Diuinis, si esset tantum speculatiua, qualem habent, qui student Theologiæ; aut de eisdem rebus cogitant, vt concionentur, aut doceant, aut aliquid de eis scribant. Hic enim meditari modus non est orare, nec cum Deo loqui; neque ad id dirigitur, sed ad sciendum, aut studendum: & hoc nomine improbat S. Bernardus modum hunc cogitationum, dum in Choro cantatur. Quamuis enim ex se sint sanctæ cogitationes: tunc tamen non sanctè agitantur in corde, nec placeat Spiritui Sancto, vt orationi aliquid admisceatur, quod eidè non sit accommodatum. Si tamen meditatio sit practica, & afficiens; ac dirigatur ad accendendum in anima ignem Diuinorum affectuum, qui prodeunt ex consideratione Diuinarum amplitudinum, aut beneficiorum, aut mysteriorum nostræ Redemptionis, aut nostrarum miseriarum: non est talis meditatio ab oratione vocali aliena; sed potiùs ad eam dirigitur, eamque excitat, & accendit. Erit tamen tutior, si erit conformis argumento, quod in ipsa oratione vocali proponitur: accepta scilicet ex eo occasione meditandi, & cum Deo interiùs agendi: sic enim minùs erit periculi deficiendi in prolatione verborum: quia meditatio cohæret illis. Et vniuersim, quomodocumque ores, siue memoriter, siue ex libro: is modus attentionis ad eò moderatè ad verba est seruandus: vt neque negligatur cura ea proferendi; neque relinquantur attentio ad cogitationes rerum exceliorum: vt fugiatur extremum in quod scrupulosi impingunt, quorum anxietas in proferendis omnibus verbis, ita eorum iudicium perturbat: vt non attendant ad sensum & Spiritum eorum. De quibus dicere licet illud Apostoli: *a Deo fecit nos idoneos ministros Noui Testamenti: non littera, scilicet sola, sed Spiritus: littera enim occidit, Spiritus autem viuificat.*

Art. 13. cita.  
to Suarez.  
c. 4.

Lib. 2. Fidei.  
c. 14.

Serm. 47. in  
Cant. ad f.

2. Cor. 3. 6.



## CAPVT VII.

## DEVOTIO IN HORIS CANONICIS persolvendis.



**I**N DICTIS IN PROXIMO capite de perfecta attentione in dicendo Officio Divino procuranda, intelligi potest quod spectat ad tertium illum orandi actum, quem vocamus Deuotionem, ad eam commendatam à Pontificibus & Conciliis in dicendo Officio Divino. Quæ Deuotio est donum Spiritus S. qui Diuinis suis inspirationibus mittere solet in voluntatem bonos aliquos & pios affectus; & in intellectum aliquas illustrationes, quæ sunt eorum causæ: & ex vtriusq; accenditur ignis amoris, ac deuotionis copiosioris: Ex parte tamen nostra (vt ait S. Thomas) eadem deuotio oriri solet ex duabus perfectis cognitionibus: Dei scilicet, & nostri ipsorum. Cognitio Dei complectitur omnes considerationes eius magnitudinum, & perfectiones eiusdem operum & Beneficia naturalia & supernaturalia; præterita, præsentia, & futura; generalia, & cuiusque specialia. Cognitio nostri ipsorum complectitur considerationes nostrarum miseriarum, quas habemus ex nobis ipsis in corpore & anima; nostrarum culparum & pœnarum, temporalium & æternarum.

Et vtraque consideratio mutuo se iuuat ad producendos affectus amoris, laudis, gratitudinis, humilitatis, doloris de peccatis, & alios multos, quibus Diuinum officium est plenum. Quod est quasi fodina quædam cœlestium meditationum, & affectionum: modò adsit peritia ac dexteritas ad eas eruendas: estque magni momenti eam habere. Hæ enim duæ res, quasi duæ sunt alæ, quas Dauid appellat *pennas columbae*, mansuetæ quidem, sed velocis ad volandum, quibus orantis cor fugit strepitum & tumultum internum, quem adferunt distractiones, curæ, & passiones inordinate: seque *elongat* à rebus omnibus, quæ interiùs ipsum turbant, & inquietum reddunt; & recipit se ad quietem & solitudinem spiritus: vbi possit orare, legendo vel cantando cum pace, tranquillitate, & læticia: quia Deus illud *abscondit in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum*, quæ non potest eò accedere. Et sic perfecte adimplet, cum orat, quod Psalmista ad eò seriò commendat dicens: *Introite in conspectum Domini cum læticia, & psallite ei cum exultatione; c. delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Non dicit: dabit tibi petitiones oris tui; sed cordis: in quo utique est deuotio, quæ causa est læticia; & orare nos facit, vt oportet.

Hæc deuotio est duplex: quædam appellatur substantialis, & consistit in promptitudine voluntatis, ad peragendum hoc opus, quo Deus hono-

2. 2. q. 82. n.

a Psal. 54. 7.

b Psal. 30. 21.

c Psal. 3. 6. 4.

I



d Cor. 9. 7.

retur: ex quo procedit vt non oretur cum repugnantia, auersione, aut tædio: quasi res sit grauis: proluxa, ac tædiosa: sed cum voluptate, & letitia, iuxta illud quod S. Apostolus dixit de eleemosyna, vt d non fuerit ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Partim certe deuotus censetur esse, qui orat cum tristitia; & ex mera necessitate, qui videt se teneri sub præcepto obligante ad culpam lethalem. Qui enim perfecte deuotus est, ad eò generosa & ingenua orat voluntate, vt etiam si leuera ad eò necessitas eum non premeret, oraret tamen: vt tali oblatione honor & gloria Deo deferretur. Nec afficitur tædio quòd officium sit prolixum; quia id totum reputat modicum, comparatum cum eo, quo tantum Dominus est dignus. Quo tamen non obstante, euenit aliquando, quod ipse Christus Dominus dixit iis, qui tempore orationis dormiebant: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. non enim repugnat; quòd voluntas sit prompta, corpus autem defatigetur, aut torpeat; & stulta vagaque imaginatio disfluat; & rebelles appetitus suas proferant passiones & turbationes: quibus tamen omnibus sese voluntas opponit, & resistit, quomodo potest: quod si faciat, non læditur ab eis.

c Mat. 26. 41.

2.

ALTE RA deuotio est sensibilis, tenera valdeque affectuosa: quæ consistit in affectibus dulcibus & iucundis, quos tribuit Deus, cum lacrymis ac sensibus teneris, de mysterijs Diuinis, aut proprijs nostris miseris. Quæ sensum deducitur ex profunda huiusmodi rerum consideratione: earum præcipuè quasi plures continet oratio. Et hæc est magni momenti, magnique fieri debet, ad persoluendum Officium cum suauitate & utilitate: quam proinde omnes deberent procurare: vt insigne hoc opus maiori cum perfectione facerent. Ita suadet S. Gregorius, explicans moraliter oblationem f. Anna matris Samuelis, cum obtulit filium suum Deo. Et similitulit tres vitulos, quorum vnum immolauit: & tres modios farina, & amphoram vini. Vituli, ait hic Sanctus, sunt laudes Dei, quas canimus, aut ore oramus: de quibus dixit Oseas Propheta: g Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum: & dicite ei: omnem aufer iniquitatem, accipe benedictionem quod tibi adferemus: & reddemus vitulos laborum nostrorum, hoc est Diuinas laudes, quod Sacrificium magis Deo placet, quàm vitulorum. Dicit autem, fuisse tres vitulos, ad significandum, eos offerri tribus Diuinis Personis, reddendo eis gloriam pro infinita cuiusque illarum excellentia. Addit tamen: vnum tantum vitulum fuisse immolatum: ad significandum, tres Personas esse vnum Deum; cui propter vnicam Diuinitatem & infinitam eius excellentiam Sacrificium offertur. Sed qualis, inquit, & quanta erit laus: si deuota non sit? & quantum valebit verbum exterius, si deuotio desit interior? Propterea inquit, cum tribus vitulis obtulit etiam Anna tres modios farina, ad significandum, debere

f. Reg. 1. 24 in eum locum.

g Oseas 14. Idem S. Hierony.



cum laudibus linguæ coniungi deuotionem, quæ est spiritus refectio. Nā sine farina vitulum offert, qui in Dei laudibus verba quidem edit, sed mente vaga, quæ loquitur, non intendit. Feruens autem iustus sicut res offert vitulos, ita etiam tres offert modios farinæ: nam quantum offert de exteriori, tantum offerre debet de spiritu interiori.

CVM autem Canonica Horarum recitatio tres habeat præcipuas partes Psalmos scilicet Hymnos, Cantica cum suis antiphonis, Lectiones longiores & breuiores cum Responsoris; & Collectas siue Orationes cū varijs versiculis: idēd qui hæc orat, auditue, debet internè offerre Deo tres præcipuos actus, quos S. Bernardus tres panes appellat: panem scilicet veritatis, Charitatis, & Fortitudinis. Panis veritatis sunt Meditationes, & considerationes mysteriorum diuinorum, quæ intellectum illustrant, & alunt. Panis Charitatis sunt affectus interni contritionis, & doloris peccatoris, amoris Dei & proximorum, cum omnium virtutum desiderijs, quæ sunt voluntatis alimentum. Panis Fortitudinis sunt affectus tolerandi aduersa ad imitationem Christi Domini N. ad obediendum sanctissimæ eius voluntati, & legem seruandam; & nominatim labores, ipsi Diuino officio annexos: his enim affectibus debilis caro corroboratur, vt obedire, & sequi possit spiritum. Hi omnes affectus, & pia proposita deduci debent ex prædictis tribus partibus ipsius officij: quas decet eisdem cimitari. Quamuis Panis veritatis magis in particulari deducatur ex lectionibus; Charitatis, ex Psalmis; Fortitudinis, ex orationibus, quæ animum & vires impetrant ad bona opera præstanda. Et quemadmodum Anna cum tribus vitulis & tribus modijs farinæ obtulit etiam amphoram vini: ita Orationi Officij adiungi debet h. *vinum quod lætificat cor hominis vt sit gaudium, & lætitia spiritualis, & feruor spiritus, qui est proprius inflammatio amoris Dei effectus.* Si verba Dei (inquit S. Gregor.) laudando vel orando proferentes, hilarescimus, dum intelligentiæ miscemus gaudium illius vini quod lætificat cor hominis: amphoram farinæ sociamus: tunc enim cor redditur, etiam eloquens ad loquendum cum Deo, vt oportet. Nam vt S. Bernardus dixit: feruor deuotionis est animæ lingua, qua nouit aptè loqui cum verbo Diuino: si autem deuotio desit, manet anima quasi muta. Nam etsi externa verba ore proferat: cor tamen est quasi non loqueretur: neque enim sentit neque attendit, quid dicat; & ita orat nullo spirituali gustu percepto: Ac propterea Psalmista dixit: *Psallite sapienter, spiritu degustando dulcedinem in ipso Psalmo contentā.* Nam cibus, inquit, in ore, & Psalmus in corde sapit. Et quemadmodum necesse est cibum dēribus contemere, vt sapor eius percipiatur: ita ruminandus & penetrandus est Psalmorum, & orationum sensus, & non ita integræ deglutientiæ; vt spiritualis dulcedo, quæ in eis later, percipiatur. Quemadmodum enim mel est intra ce-

Serm. 3. de Rogation.

h. Psalm. 103. 15.

i. Psalm. 46. 8. Serm. 7. in Cantic.



ram in ipso fauo: ita deuotio est sub cortice litterarum, & externi verbi. Et qui corticem absque spiritu deglutit, non gustum percipit, sed cruciatum quasi solam ceram faui quis gustaret, expresso omnino melle, quod intus fuerat. Denique non sine causa (ait S. Gregorius) fieri hic mentionem mensuræ, qua farina & vinum offeruntur: significatur enim, intelligentiam, deuotionem, ac dona Dei participari in pondere & mensura. Quare unusquisque offerre debet Deo Domino nostro opera sua, & ea quæ orat cum mensura spiritus quem habet: quamuis studere deberet, vt ea esset magna, non opposito impedimento vllò Diuinæ liberalitati: cum ipse Dominus dicat: *k dilata os tuum & implebo illud*: quasi dicat: si os tuum dilataueris, magna cum fide & fiducia desiderans ac petens, ego illud implebo, faciet te votorum tuorum compotem. Cum igitur munus nostrum sit Horas Canonicas orare: aperiamus ac dilatemus os nostri spiritus, feruentibus affectibus optantes summam nos deuotione & feruore repleri: vt nos Deus adiuret; quod possimus, quod optamus obtinere: implentes hoc orationis præceptum maxima, qualicebit, perfectione. Praxis huius deuotionis modus hos effectus ex Diuino ipso officio deducendi, ponetur vltimo huius tractatus capite.

kPsal. 80.  
11.

## CAPUT VIII.

## TEMPVS ET LOCVS AD SEPTEM HORAS CANONICAS

legendas vel cantandas accommodatum situmq; corporis ac modestia in orando seruanda.



VE AD MODVM virtutes vim suam & excellentiam eo magis ostendunt, quò materia circa quam versantur præstantior est aut difficilior: ita virtus obedientiæ, cuius est Prælatorum præceptis obtemperare, merito debet amplius eminere in explendo Horarum Canonicarum præcepto; idque propter finis & materiæ in qua versatur præstantiam, & ob operis difficultatem: quod est maximum rerum omnium, quas Ecclesia suis Ministris vniuersim imponit & commendat. Nam præter difficultatem trium interiorum actuum, quos indicauimus: multæ sunt aliæ conditiones ac circumstantiæ, quæ proprias habent difficultates, vt sensim explicabitur.

## §. I. Circumstantia temporis.

PRIMUM itaque, præceptum hoc non est sicut cætera, quæ obligant tantum certis anni temporibus, aut aliquo Hebdomadæ die: sed obligat quotidie, & perpetuò vsque ad ipsam mortem: nisi grauis aliquis morbus, aut legitima alia causa earum, quas Doctores

signifi-



significat excuset. Ita ut Officium Divinum aded debeat esse continuum  
 ut ne quidem vnico die totius anni intermittatur: vt impleatur ad litte-  
 ram quod dixit Dauid: *a Bened. cano Dominum in omni tempore*; & S. Ioan-  
 nes de mysticis illis *b animalibus quod requiem non habebant die ac nocte*;  
 sed semper Diuinas canebant laudes. Quamuis illud requiem non habe-  
 re, sit magnam habere quietem. Nam licet caro recitandi & canendi labo-  
 rem sentiat; spiritus tamen valde requiescit, Deum suum laudando. Ac  
 propterea constituit Ecclesia, vt hebdomadae dies excepto Dominico &  
 Sabbato, qui significant quietem, appellentur FERIAE. Nam ipsis Ecclesia-  
 sticis debent esse dies quietis & solatij spiritualis; & festi dies dedicati o-  
 peribus spiritus in gloria creatoris. Iuxta illud Levitici: *cha sum Ferie Do-*  
*mini quas vocabitis Sanctas*, ob sanctitatem operum, quae in illis facturi estis.  
 Deinde praecipuum hoc non quomodocumque obligat quotidie, sed sep-  
 ties singulis diebus, vt dicantur Septem Horae Canonicae, quae distribu-  
 tae sunt per diuersas diei & noctis partes, iuxta Hebraeorum consuetudi-  
 nem; attributis vnique parti tribus horis; in cuius temporis decursu  
 orabatur Hora illa Canonica, quae pro eo erat designata: consumendo  
 plus aut minus temporis pro solemnitate Festi, aut vniscui usque deuoti-  
 one. Prima hora, qua orabatur PRIMA, incipiebat ab ortu Solis: qui in  
 Aequinoctio fit hora sexta communis nostri Horologij; duratque vsque  
 ad nonam horam: & tunc incipiebat TERTIA; SEXTA incipiebat hora  
 duodecima; NONA, tertia post meridiem, & tunc etiam VESPERAE  
 dicebantur; & in ipso crepusculo noctis dicebatur COMPLETORIUM.  
 Nox quoque in quatuor partes diuidebatur: iuxta morem militum, qui  
 seruauit suas vigiliis, in quibus (vt ait S. Thomas) dicebantur NOCTVR-  
 NI Martinarum, diebus saltem solennioribus. PRIMVS NOCTVRNVS  
 initio noctis; SECVNDVS hora nona; TERTIVS, duodecima; LAVDVS  
 denique hora tertia prope diluculum. Quamuis in diebus Ferialibus vni-  
 cus tantum dicebatur Nocturnus ipla media nocte, simul cum laudibus.  
 Quae consuetudo seruata est semper in Ecclesia Romana, quasi tolerabi-  
 lior & omnibus faciliior ac suauior: vix enim ferri potuisset, quater som-  
 num interrumpere in nocte. Quare ex matutinis & laudibus conficitur  
 vna Hora Canonica, vt sic sint tantum septem, iuxta illud Dauidis: *d sep-*  
*tes in die laudem dixi tibi*, nam die & nocte, ex quibus fit dies naturalis,  
 orabat septies. Quamuis alius dixerit: *e vespere, & mane, & meridie se ad*  
*Deum clamasse*; quibus tribus temporibus, quatuor reliqua complectebatur;  
 aut illa tempora erant celebriora, & inter reliqua frequentiora. In quibus  
 etiam Daniel diligenter *f orabat, flectens genua sua, adorans, & confitens*  
*coram Deo suo.*

a Psal. 33. 1.

b Apoc. 4. 8.

c Leuit. 23. 2.

Leit. 6. in 1.  
Cor. 14.Suarez lib.  
4. de Horis.  
6. 4.d Psal. 118.  
164.

e Psal. 54. 18.

f Dan. 6. 10.



Homil. 79.  
ad Popul. &  
lib. 1. de orat.  
ad Deum.

c. 1. de Celeb.  
Missae. &  
Clem. 60d.  
tit.

Concil. Bas.  
Sess. 21.  
S. 2.  
g. Psal. 1. 3.  
h. Heb. 13. 15

3. p. Tit. 17.  
c. 4. S. 4.

Et quamuis David in regni sui gubernatione, & Daniel in administranda parte imperij, quam habebat apud Persas valde occuparentur: hanc tamen consuetudinem absque interruptione seruabant. Et quidem Daniel aded fuit in ea te constans, vt exposuerit se periculo vitæ amittendæ, ne pia consuetudini deesset. Vt Christiani, (quod perpedit S. Chryostom.) præcipue Ecclesiastici, discant ex his exemplis, esse constantes, & perseuerare in Officio Diuino dicendo, sepositis omnibus occupationibus, quæ non sunt aded necessaria, nec ita obligant: vt huic attendant, & satisficiant, in qua tantus honor & gloria Deo defertur.

3 QVARE multum refert, Diuinum officium præscripto pro quacumque Hora tempore, persolvere, iuxta morem Ecclesiarum, in quibus peraguntur. Quamuis autem hoc præceptum eos tantum obstringat, qui ex obligatione tenentur Choro assistere, & canere; eis enim tantum dicitur, vt competenti tempore ad Horas debitas accedant: reliqui tamen, qui officium tantum legunt; vt sint perfecti obedientes, debent facere quicquid possunt, vt eisdem temporibus sese in dicendis Horis occuparent. g. Insuper etiam est proprium, vt dixit Dauid, *fructum suum dare in tempore suo*. Cum igitur Officium recitare, sit fructus Ecclesiasticorum, quem Apostolus vocat *fructum labiorum confitentium nomini Domini*: æquum est, vt suo tempore dent illum, neque præueniendo, neque differendo diu. Magna enim est inordinatio, si circa noctem PRIMA diceretur. in qua Hymnus est dicendus: *Iam lucis orto sidere*; aut matutino tempore COMPLETORIUM cum suo Hymno: *Te lucis ante terminum*. Id confirmatur exemplo quodam, quod refert S. Antonius de quodam Monacho in Eremitio manente, cui Angelus adferre solebat botrum vuarum in cibum. Et quando sic Horas dicebat nimis citò, botrus erat immaturus, & acerbus; quando autem nimis tardè, botrus erat totus rugosus, & quasi siccus; quando autem officium dicebat congruo tempore, botrus erat bene maturus, & sanus: quaratione significare volebat Angelus Monacho, plurimum placere Deo fructum orationis eius assignato & constituto tempore factæ, displicere verò, si fieret extra tempus. Quamuis si causa legitima adlit, vt quis tempus mutare cogatur, multò sit melius, illud præuenire, quam differre: præstat enim citius debitum soluere, quam solutionem differre. primum enim ostendit prudentem cautelam; alterum autem ignauiam & incuriam. SED quoniam occupationes ordinariè esse solent multæ, ac variæ, & interdum magni momenti: quisque deberet tria saltem illa tempora eligere, quæ Propheta Dauid insinuauit. Ita vt *Matutinum* cum *Laudibus* in nocte dicat; quatuor verò *Horas*, quæ appellantur *Minores*, mane ante prandium; *Vesperas* verò & *Completorium* post meridiem; excepto tamen tempore quadragesimali, quo vespere dici debent ante prandium. Hic octo videtur



videretur satis conveniens, ut ita ordinariè fiat: ad quem amplectendum factis esse deberet memorabilis casus, què refert Petrus Damianus de S. Severino Colon. Episcopo. Post cuius mortè, cum quidam Clericus eius Ecclesiæ vellet transire cuiusdã fluminis vadum: repente apparuit ei Episcopus, & subsistere fecit: obstupefactus Clericus, eum interrogavit: quò fieret, quòd vir a deo præclarus, tanta què sanctitatis, ibi maneret? Episcopus: porrigere, inquit, mihi manù: ut quid geratur intelligas non ex sermone, sed ipsa experientia. Episcopus acceptam Clerici manù, imposuit in aquam fluminis: adeoquè horrendū sensit ardorem, atque, si in ardentissimū ignem eam immisisset. Ita ut tota caro fuerit consumpta, ossibus nudis relictis. Ex quo vehementius obstupefactus Clericus, secundò Episcopum interrogavit: quò fieret, ut cuius nomen ad eum esset celebre apud omnes, is in huiusmodi flammis ita arderet; cui S. Episcopus respondit: nihil hoc ignis cruciatu dignum in me remansit, nisi hoc: quòd, ut quotidie ad Imperatoris aulam accederè; & expeditior ibi essem ad occurrentia negotia tractanda, ipso tẽpore matutino omnes simul Horas Canonicas recitarim; neque in assignata tẽpora illas distribuere: propter hanc igitur causam hoc incendio crucior; sed orems uterque simul Dominum nostrum, ut manum tuam in pristinum restituat statum, quòd cum factum esset, dixit ei Episcopus: redi, meisquè, fratribus Clericis, alijsquè; viris spiritualibus dicito; ut orationes & Sacrificia pro me offerant; nam statim atque hoc fecerint, expeditus ab his cruciatibus, ascendam ad fruendum Deo simul cum Sanctis; casum hunc voluit Dominus noster nobis reuelare, ut intelligeremus, quantum ei displiceat, quòd secularia negotia, operi ipsi dicato præferamus; facientes illud extra suam tempus sub prætextu & apparenti specie iuvandi proximos.

DENIQUE pro Canonicis & Religiosis accedentibus ad Chorum præscriptis temporibus addiderim meritò ipsos servare debere duo magni momenti & perfectionis monita. Primum, ut omnino ad punctum, statim atque ultimum signum datur, ita accedant, ut sint in ipso Choro, antequam Officium ipsum inchoetur: cogitantes, Deum ipsum esse qui signo illo, aut pulsu campanæ ipsos vocet, et usquè; voluntatem esse, ut summa velocitate, & promptitudine obediant; non querentes excusationes, ut hæreant. Nam Canonicus, qui garriendo, & ex ignavia moratur; peccabit minimum venialiter; quòd si eius sit animi, ut in singulis Canonicis. Horis ita faciat, peccabit gravius, ut qui absit per notabilem partem officij. Et præterea totum illud tempus furatur Deo, & ut propriam sequatur voluntatem, conculcat Divinam; & quantum in se est, perturbat ordinem & quietem ipsius Chori. Nam si quemadmodum unus hæret, ita plures, aut omnes facerent; non esset, qui inciperet. Cum igitur aperte sit indecens post signum datum hære, & multos tardè venire. unusquisquè; apud

*Epist. ad  
Desiderium  
c. 7.*

*In Soc. Ex  
empl. verb  
Hora Cano  
nica.*

5

*Suarez. lib.  
1. c. 13.*



se reputet, se illius incommodi causam esse, nisi tempestiue accedat, nec præbeat alijs, qui tempestiue venerunt hoc malum exemplum, & occasionem cogitandi, ipsum tanquam mercenarium obedire & comparere; propterea solum, ne suo stipendio fraudetur. Alterum documentum est: vt continuè & constanter in ipso Choro permaneant, quamdiam durat officium; non quærentes excusationes, vt citius exeant, & ex parte aliqua Deum sancto illo cantu defraudent. Meminerint Dæmonis illius, qui in figura cuiusdam parui Æthiopis ( vt refert S. Gregorius ) educebat Monachum ex oratione & loco, in quo reliqui orantes manebant. Valde enim propiti est mali huiusmodi spiritus ita turbare existentes in Choro, vt distracti sint & aridi; & præ tædio inde exeant, vt aliquod sibi querant solatium. Quare cum S. Dominicus Dæmonem semel ad Chorum deduxisset, & interrogasset: circa quam rem Monachos ibi tentaret. Hoc, inquit, efficio, vt tardius veniant, & citius exeant. Ne igitur hoc gaudio hostem suum afficiant, studio recedendo ante finitum certamen. Et si Christus Dñs noster perorbabat in oratione; & positus in agonia, diutius eam producebat, idem imitabitur *semper orare & nunquam deficere*: orent saltem toto tempore præscripto; nec deficiant, etiam si prolixius videatur. Et vnusquisque studet primus venire, & vltimus discedere: & Deus erit remunerator liberalis.

S. I I. *Circumstantia loci, & situs corporis.*

**Q**UOD est dictum de tempore, intelligendū etiā est de loco: hoc præmissis, quod præceptum solum obliget, vt Horæ in Ecclesia canantur, ad quas audiendas Christianus populus ad eam confluit. Quare omnes studere debent ( vt S. Augustinus monet ) vt non solum corpore, sed mente etiam, & corde maneat in Ecclesia. Torus, inquit, qui orat intus esse debet. Nam si intus est, quod videt homo: quare foris est, quod videt Deus? Reliqui autem qui Horas priuatim legunt, implebunt procul dubio suam obedientiam melius, si eas in templo legant coram Sanctissimo Sacramento, ad cuius gloriam diriguntur: siquidem Christus ipse Dominus noster vult verè ac realiter ad nostra templa accedere, vt eius electi ipsam ibi laudent, & alloquantur, suasque necessitates reparari petant. Cum etiam Diuinum officium ex seipso sit oratio publica, quæ sit nomine totius Ecclesiæ: vbi commodius legi poterit, quàm in ipsa domo orationis, & in eius Domini præsentia, à quo tanquam à fonte illa promanat? Nec dubium est ( ait S. Chysostronus ) quin multò melius possit in templo, quàm domi orari. Quamobrem primi Christiani, & ipsi et Apostoli frequentabant templum ad orandum, horis ad id constitutis. Quoniam autem non omnes id commodè facere possunt: sufficere, vt in suo oratorio, aut habitatione cum quiete orent: implentes, quod Christus Dñs noster iuxta litteræ sensum dixit: *cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso*

Lib. 2. Dial.  
log. 6. 4.

Luca. 18. 1.

Serm. 6. de  
verbis Dom.

Homil. 3. de  
incomp. Dei  
natura.  
Act. 2. 4. 6.  
& c. 3. 1.

Matth. 6. 6.



*lio, ora Patrem tuum in abscondito.* Quamvis autē multi Sancti dicāt, hoc cubiculum absconditum iusti, esse cor eius, quod ingredi debet, & in eo se abscondere, ut cum attentione ac deuotione oret; multum tamen ad id iuuat si etiam corpus ad secretum, & ab omni strepitu expeditum locum ingrediatur.

CIRCUMSTANTIAE loci coniungitur situs corporis. Qui in Choro ille esse debet, quem omnes seruant, iuxta Ecclesiae ceremonias, quoad stationem, sessionem, genu flexionem, aut aliam corporis inclinationem, & cooperto aut aperto capite: hoc enim est, quod superius dicebamus, *seruare Deo in Choro humero uno.* Quod qui negligeret, non esset liber à culpa: ut qui ostenderet, se parui facere quod Ecclesia instituit; & quidem cum turbatione & scandalo circumstantium. S. Bonauentura refert: Sanctum quendam senem vidisse in medio Chori Virginem Sacratissimam, filiololum in vlnis tenentem: & profundè se inclinantis, cum cantaretur: *Gloria Patri*, offerentem ipsum infantulum; cuidam autem, qui non se inclinauerat, non exhibuisse hanc gratiam, tanquam eam indigno. Idem autem seruare possunt seculares assistentes Horis Canonicis in Ecclesia: ita ut eundem seruent situm, quem sciunt ab ijs seruari, qui sunt in Choro. Eum in modum quo Propheta Ezechiel ait: *b cum ambularent animalia, ambulasse quoque pariter & rotas iuxta ea; & cum eleuarentur animalia de terra eleuatas fuisse simul & rotas; & cum euntibus iuisset, & cum stantibus stetisset: quia spiritus, inquit, uia erat in rotis. Et sequebantur impetum spiritus, quem ipsa animalia.* Quo significabatur, quod Seculares debeant sequi Ecclesiasticos; & minores eos qui sunt maiores: quia idem Christi spiritus omnes gubernat: quamuis aliquorum operā ad alios gubernandos utatur.

Qui autem Officium priuatim & leorsim dicunt, licet possint se conformare consuetudini, quae seruatur in Choro: ut in omni tempore, & loco spiritus Ecclesiae seruetur: ordinariè tamen eum corporis situm eligere debent, qui, habita corporalis suae dispositionis ratione, magis ipsos iuuat ad orandum cum spiritu & deuotione, ut fusè dictum est in Duce spirituali. Attendendum tamen est semper, ut eam exteriorem reuerentiam adhibeant, quae interiorem conseruet. Quamuis enim soli sint qui orant; sunt tamen in praesentia Dei, & cum eo colloquuntur: æquum autem est ut ipso corpore reuerentiam illam ostendant, quam interiùs in anima habent. Flectentes genua aut stantes, & capite aperto: nisi infirmitas aut debilitas sedere cogat in demisso aliquo loco. Et tunc ait S. Bonauentura, expedit, ut incipiant cum reuerentia exteriori dicentes aliquid stando, aut flexis genibus; & petentes licentiam à Domino nostro, ut propter suam debilitatem pergere possint sedentes. Quod confirmat duplici exemplo, altero S. Hieron. qui, cum valde debilis iaceret in lecto, ut tamen officio di-

2

In Specul.  
discipl. c. 9.b Ezech. 1.  
19.

3

Tract. 1. c. 9.

In Spec. c. 16.



cendo satisfaceret, erigebat se non nihil innitendo cuidam funiculo ex lecto pendente; altero ei contrario cuiusdam, qui quòd lenta febricula laboraret, completorium dicebat iacens in lecto; quem Angelus quidam reprehendens dixit: *Completorium sub costo nec fructus nec vitas.*

*Seff. 21. §. 2. c. Psal. 34. 18.*  
*Lib. 2. c. 10.*  
*d. 3. Reg. 6. 7.*  
*Supra.*

AD HUNC spectat decencia, quam seruare debent præcipue in Choro & loco publico: seruantes (vt ait Concilium Basiliense) in omnibus corporis motibus modestiam & grauitatem, quam exigit locus & officium, quo funguntur; memores illius Davidis sententiæ; *cum populo graui laudabo te*; in populo scilicet composito & moderato in suis moribus. Quælibet enim leuitas, immodestia, aut indecentia, in quocunque fiat loco, est defectus reuerentiæ in Deum; & occasio turbationis & scandali aliorum: præcipue si adfit strepitus aliquis nimius, quo ceteri turbentur. Refert Cassianus, quòd cum Monachi ad communem orationem conuenirent, etiam si innumeri essent, adedò tamen erant quieti, & tantum seruabant silentium; vt, præter illum, qui Psalmum decantabat in medio, nullus hominum penitus adesse crederetur: ita vt neque sputum emitteretur, neque excreatio obstreperet, neque tussis interfonaret, nulli gemitus, nulla suspiria astantes impeditura promerentur; nisi fortè vox aliqua per excessum mentis clausura oris effugeret, ob immoderatum scilicet & intolerabilem spiritus feruorem, qui in corde succensus contineri non posset. Huius rei figura fuit, quòd narrat scriptura sacra de templo Salomonis; quòd *malleus, & securis, & omne ferramentum non fuissent audita in domo, cum adificaretur.* Quo significabatur quies, & silentium, quæ in domo orationis meritò sunt seruanda.

SANCTVS Bonauentura summam colligit omnes immodestias & indecentias, quæ solent in Choro euenire: adeoque commendat quietem & silentium ibi seruandum: vt magnum reputet defectum, quòd vno Choro suum verum canente, aliquis in altero eundem legat, nam ille strepitus siue sibilus legentis non potest non turbare propè existentes. Ecce ait: *vitanda est in conuentu oratio sibilosa: inepta oratio, quæ vna plures, & sapè deterior impedit meliores.* Quòd si cum hoc strepitu aut sibilo orare improbeur, cum alios impedit: quid erit garrere, aut fabulari cum sibi assidente, aut ridere, aut irridere errantem; aut strepitum magnum excitare scamno, aut sede, aut similibus alijs rebus? Quòd non essent facturi coram Rege terreno: non decet facere aspiciente & audiente Rege cœlesti.



## CAPVT IX.

QVOD HORÆ CANONICÆ DICENDÆ SINT  
*distinctè, continuè, integrè & ordinatè.*

**R**ELIQUAS CONSTITVTIONES ad Officium Diuinum perfecte dicendum reuocat Sanctus Bonaventura ad quatuor illas, quas exprimit verbis illis *distinctè, continuè, integrè atq; ordinatè*. *Distinctè* orare in eo consistit, vt omnia verba clare pronuntientur, ita vt intelligi possint; nec deglutiantur, aut balbutiendo aliquæ syllabæ omittantur. Ac propterea Concilium Basiliense iubet, tardè proferri, non cursim ac festinanter. Nam, vt inurbanitas magna esset cum magno aliquo Principe ita festinanter loqui, vt is non posset loquentis sententias intelligere: ita est valde indecorum, orare aut loqui cum Rege cœlesti festinatione aded præcipiti: quia iudicium est sic loquentem neq; attendere quid agat, neq; cum quo loquatur; aut certè velle se expedire citius, vt aliquid aliud agat, quod magis arridet. Nam, si libèter orares obediendi causâ, inuenies quietem in eo, quod agis, & solatium in Dei voluntate, quam exqueris; quod si opus, quod iam facis, præcipites, vt alteri attendas, signum est, te aliquid proprii quærere, & aliqua passione, aut inordinato affectu laborare: ex quo talis properatio proueniat: quam meritò debes strenuè mortificare, ita tardè & cum quiete orando, atq; si nihil aliud maioris momenti faciendū haberes. Ideoq; meritò ad singulos versus morâ aliquam facies; imò ad mediū etiam, vbi duo puncta ponuntur: spiritus sit expeditior, & non obruatur. Hæc distinctio, & mora tenenda est perfectè in Choro, qui (vt Concilium Tridentinum ait) institutus est ad Psallendum, & laudandum Dei nomen *reuerenter, distinctè ac deuotè*. Et Basiliense commendat, vt fiant decentes pausæ in medio versusum Psalmorū, seruato tamen in hoc aliquo discrimine inter dies feriales, & festa solennia. Et S. Bernardus addit, canendum esse cum reuerentia, grauitate, mora siue pausâ, ac deuotione, quæ deceat verba Spiritûs sancti: quod enim eius sint, laus esse debet ad hoc, vt dicantur & cantentur cum omni possibili reuerentia ac deuotione, sicut dicebat Dauid: *a Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super melori meo!*

SECUNDA conditio est, vt singulæ Horæ continuè & absque vlla interruptione dicantur, nisi fortè ad breue tempus, aut ex causa valde necessaria, aut animo iterum inchoandi. Quæ interruptio esset magis perniciofa, si sub ipsis Psalmis, aut versibus colloquia miscerentur, & verba aut res aliæ profanæ; idq; multò magis si fieret in Choro, quod est contra

Supra. c. 20.

Sess. 22. § 2

Sess. 24. s. 12  
de Reform.  
supra  
Serm. 47. in  
Cantica.e Psalm.  
103. 103.a Dolentes  
de celeb.  
Missar. &  
Clement. 1.  
eod. tit.



seueram prohibitionem. Est enim magna irreuerentia, loquentem cum Deo, eo prætermisso, vertere se ad loquendum cum hominibus, & turbare reliquos cum eis orantes, aut cantantes. S. Bonaventura refert de quodam, qui grauissimas sustinuerit purgatorij pœnas ob huiusmodi interruptiones; & de altero, qui rem meliùs perpendebat, refert, quod cum ad orantem accessisset quidam Episcopus, cum eo colloquaturus; is facta Episcopo cum silentio reuerentia, proleptus fuerit inchoatam Horam vsque ad finem; & postea excusauerit se apud eundem, dicens ignoscere, quòd tibi non attenderim; quia tunc loquebar cum alio maiori Domino. Ex quo fit, vt non sit censenda interruptio, si inter orandum sentias magnam aliquam illustrationem, aut inspirationem Dei, & extra ordinarium aliquem sensum, qui etiam diu te suspensum teneret, ruminatè & contemplantem veritatem, quam tibi tunc Dominus ostenderet. Cum enim tunc implet Deus te alloquatur; æquum est ipsum audire. Atque si te cum Rege loquentem, ipse in medio sermonis tua interromperet verba, & loqui inciperet: esset tunc inurbanitas, si non taceres, nec velles eum audire. Si igitur Deus hanc tuam vocalem orationem vult mentali interruptione, cur nolles eam cum humilitate & gratiarum actione acceptè commutans colloquium tuum cum Deo, vt eundem loquentem audire. Eum in modum, quo Ezechiel de Sarçetis quatuor animalibus ait: quòd cum volarent, faciebant quasi a *musicam & sonum sublimis Dei: cum autem paret vox super firmamentum, stabant, & submittebant alas suas*: vt intelligat quòd si ores, aut canas musicà cordis ad eò suauis, vt videatur sonus Dei, quòque magnitudine dignus: statim atque aduerteris & sentieris, quòd implet Deus te alloquatur, cessare debeas & contrahere ac submittere te intra te ipsum, vt eum audias, quamdiu ipsi placebit loqui. Oportet tamen eam moderationem adhibere: vt qui officium canit, non multum suspendat canendi officium; etiam si huiusmodi vocem audiat: potest enim canentem cum humilitate prosequi: nam hoc est Deum, propter ipsummet Deum relinquere; & qui eum deserit, vt eidem obediat, mercedè suà non amittet.

Ex DVAVS his cõditionibus tertia facilè deducitur, vt scilicet omnes & singulæ Horæ integrè dicantur: b *Dominus enim (vt ait Isaias) odio habet rapinam in holocausto*: cum igitur vnaquæque Hora Canonica sit quoddam holocaustum, quod in eius gloriam offertur: non vult aliquam eius partem subtrahi, siue magnam, siue paruum; nam si erit magna, peccatum erit lethale; si autem parua, veniale. Quare qui semina verba profert, aut prætereunt: non carent graui culpa, si sæpiùs id faciant, nec attendant, vt se emendent, cum possint. Circa hanc integritatem tria sunt aduertenda. *Primum*: quòd præceptum nunquam obliget, vt quis per seipsum integras recitet Horas, vt iam dictum est, nec etiam satisfaciet, qui integras

a Ezech. 1.  
24.

b Isai. 61. 8

c. Dolentes,  
& Clement.  
3. supra.

ab alio



ab alio audit: sed necesse est aut per se integras dicere, aut cum alijs alternatim: ita ut ipse partem aliquam dicat, & quam alij dixerint, audiat; nec sufficit, quod unus integrum Psalmum dicat, & alter alterum; sicut sufficit legere unam Lectionem in Martinis integram, & aliam ab alio audire, sed necesse est, versus alternatim dicere. Hæc enim consuetudo introducta est, & usu recepta: ut non omnes idem legat aut dicat versus, aut Lectiones: & ex eadem consuetudine non licet tres aut quatuor facere Choros: ita ut primus dicat unum versum, secundus secundum tertius tertium, & quartus quartum: consuetudo enim introduxit, ut tantum sint duo Chori, & quisque mediam dicat partem Psalmorum; si autem tot essent Chori, quisque tantum diceret quartam partem Psalmi. Quod si multi simul orent: non est necesse, ut unusquisque omnes audiat, sed satis est sibi proximum audire. *Secundo* est advertendum: præceptum obligare ad integrè orandas Canonicas Horas iuxta præscriptum singulorum dierum: ita ut non liceat eas commutare in alias breviores. Si enim grave peccatum esset prætermittere die Dominico novem Psalmos primi Nocturni, quasi orans contentus esset tres tantum dicere: etiam erit grave peccatum integras Matutinas diei Dominici commutare cum alijs alicuius Festi, aut Feriæ brevioribus: etiamsi integrè dicantur: sic enim non soluitur integrum pensum, quod reddendum est illo die, sed media tantum eius pars. *Tertio* est advertendum: quod quamvis sint cause sufficentes, quæ ab integro officio persolvendo nos excusent: aliquando tamen est sufficiens ad nos ab aliqua parte dicenda excusandos; non tamen excusare ab alia, sicut cæcus, aut non habens Breuiarium: si bene tenet memoriter quatuor minores Horas, & Completorium, tenebitur eas orare; & qui ob suam debilitatem non posset matutinas orare, sed sine detrimento posset reliquas: ab eis persolvendis non esset excusatus.

TANDEM in his omnibus casibus & similibus, quos rejicio ad Doctores de hac materia scribentes, plurimum refert esse liberales erga Deum curandusque; ut nunquam desit voluntas explendi hoc præceptum, etiamsi vires desint. Desides enim recitare Officiū reputant sibi, crucem quam inuiti tollunt; ac propterea excusationes querunt, & fingunt, ut eam abijciant. Feruētes autē, indicant sibi lucendum, quia in eo dicendo inveniunt Dei voluntatē, ac proinde student, etiamsi debiles sint, animū resumere, ut eam expleant. Illi comedunt cum tædio quodam; ac propterea, aut aliquid omittunt, aut festinant totum deglutire: hi autē esurientes, comedunt; ideoque nihil relinquunt; nec dolent fercula esse multa; neque quod multo tempore sit opus, ad ea comedenda: quia valde eis delectantur, dicentes cum ipso Salvatore: *Non cibis est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut persiciam opus eius, quod est laudis eius. Quem admodum Moyses, cum Canticum prolixissimum, quod est in rota Divina*

Scriptura

Suarez, lib.  
4. de Horis.  
c. 25, num. 3.

Idem, c. 23.  
num. 12. refert  
plures Do-  
ctores.

Suarez, sup.  
c. 17.

d Ioan. 4. 34



c Deut.  
31. 30. & c.  
32. 44.

f 1. Cor. 14.  
40.

g Rom. 13. 1.

h Cant. 2. 4.

Scriptura confecisse; e locutus est verba carminis illius audiente uniuersa caena  
Israel, & ad finem usque compleuit: ita ut nec verbum prateriret.

SVPEREST quarta conditio dicendi Horas Canonicas, scilicet ordinatio  
eo scilicet ordine, quo alia post aliam est dicenda; & quævis earum cum  
partibus, ex quibus constat: iuxta illud Apostoli: *Omnia vestra bene, &  
secundum ordinem fiant; & omnia que sunt, à Deo ordinata sunt.* Cum igitur  
ordo ab Ecclesia in dicendo officio Diuino præscriptus, sit Dei, eiusque  
authoritate constitutus: Inordinatio erit, eum mutare, & præterire  
absque legitima causa: vt si quis prius Vesperas diceret, quam Pri-  
mam; aut initio Horæ Hymnum diceret, qui iubetur ad finem dici; nec  
spiritus feruor in causa esse debet, cur Diuinarum laudum ordo per-  
tetur: si enim feruor est à Deo, sequetur ordinem ab iplo constitutum:  
nam h *cum sponsus cœlestis sponsam suam animam introducit in cellam nuptia-  
am, ibi ordinat in ea charitatem, & omnes eius affectus.* Et, vt ait S. Bon-  
uentura, Religiosus benè moratus obseruare debet decentem ordinem  
in rebus omnibus, in omni loco, & tempore: ordinis enim pulchritudo  
valde ipsi competit, eumque lætificat; & ipse ordo, rerumque extero-  
rum rectitudo, ipsum prouocat ad attentionem & deuotionem in eis.  
Propterea enim Sacerdotium & Religio vocantur Ordo, vt superius præ-  
pendimus. Vterque enim Status eminere debet in seruando ordine sacer-  
dotalium ministeriorum. Et quemadmodum ordo est ita necessarius in Missa, vt  
non liceat prius Euangelium, quam Epistolam legere; nec Ordinem Ca-  
nonis inuertere: ita etiam seruandus est ordo præscriptus in Officio Di-  
uino, seruandus etiam est debitus ordo inter Missam & Horas Canonicas  
dando operam, vt semper Matutinæ & Laudes, quæ sunt Horæ noctur-  
næ, præcedant Missam: quæ est proprium Officium diei. Eritque maio-  
ris perfectionis, si quisque in particulari accomodet se ordini, quem  
Ecclesia in publico & solenni officio seruat: præmittendo scilicet Ter-  
ciam summæ Missæ. Sed quoniam huius rei certa regula dari non potest: illa  
optima censebitur, vt adsit Spiritus feruens & cupidus implendi volun-  
tatem Dei eo modo & ordine, qui intelligatur esse illi magis conformis.  
Et quamuis Ordines Mendicantes habeant aliqua Privilegia circa hoc, &  
alia quæ spectant ad Officium Diuinum: non decet tamen eis vti, ad fo-  
uendam segnitiam & ignauiam; sed in casu necessitatis, iuxta finem, cuius  
causâ Summi Pontifices illa concesserunt.

AD HAS omnes conditiones non parum confert, vt qui Officium  
dicere debent, assuescant illud ex libro legere; etiam eam partem, quam  
benè memoriter tenent, præcipue extra Chorum. Tunc enim certiores  
ac tutiores erunt, quod nihil omiserint, nec ordinem dicendorum inuer-  
terint: & cor ipsum erit magis collectum & expeditum à sollicitudine  
recte







certè vigilantes, clauso ore, vanis & noxijs cogitationibus non exinfrimitate, sed ex voluntaria intentione occupantur, in conspectu Domini contra legis præceptum, apparere vacui non pertimescunt. Pater itaque Sanctus, qui hæc videbat, recordatus sententiæ illius, quoniam *bomines administratorij Spiritus sunt in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis*, sicut proficientium congratulabatur fervori, sic parento pietatis affectu, deficientium miserebatur tepiditatis. O si animæ oculos aperires, & Fidei lumine custodem tuum Angelum videres propè te existentem, cum Diuinum persoluis officium, & adiuuantem explere præceptum, & modum scribentem, quo illud exequeris: fortè animaduerteres, ipsum aliquando ociosum esse, nec scribentem quid ores aut si scribas, id fortè facere aqua: eò quòd sponte diffluas, nec tibi sis præsens vt attendas quid agas, ita vt nunquam proficias: quia maledictio illa locum in te habet: *c effusus es sicut aqua, non crescas. Quod si effunderes sicut aquam cor tuum*, vt ait Ieremias, *ante conspectum Domini*, dirigens ad eum intentiones tuas, cogitationes ac desideria; audiret ipse orationem tuam, & ex ea proficeres. Sed quoniam illud effundis in terram, in quam tuas conijcis cogitationes & curas, frustraris fructu tuæ orationis. quod si angelus custos otiaur, nihil scribens: non intermitteret Satanas scribere, & notare verba malè prolata in tua recitatione, aut cantu; ita vt nec vnã prætereat syllabam, vt seuerius possit te indie vltimæ rationis de omnibus accusare. Et quamuis ipse id notare negligeret, Supremus Iudex non obliuiscetur ea scribere in libro suæ memoriæ, vt suo tempore te propterea puniat. Stude igitur, ita orare & canere, vt custodem tuum Angelum exhilares; & vt lubens verba tua aureis vel argenteis literis scribat. Obserua quid idè hic Sanctus monachis suis dixerit in quodam sermone, fortè postquam prædictam habuit visionem. Satis puto vobis scripturæ testimonijs persuasum, quòd psallentibus dignanter admisceri S. Angelis soleant: cum dicat Psalmista: *d prauenerunt principes conuulsi psallentibus, & collocarunt se in medio iuencularum tympanistrarum, & iterum: e in conspectu Angelorum psallam tibi.* Doleo proinde, aliquos vestrum in Sacris vigilijs deprimi somno, nec cœli ciues reuereri; sed in præsentia Principum tanquam mortuos apparere: cum vestra ipsi alacritate permoti, vestris interesse solennibus delætentur, vereor ne vestram desidiã quandoque abominantes, cum indignatione recedant; & incipiat vnusquisque vestrum serò cum gemitu, dicere Deo; *longè fecisti notos meos à me, posuerunt me tanquam abominationem sibi, & iterum: g qui iuxta me erant, de longè steterunt, & vim faciebant qui quarebant animam meam.* pro certo enim si se à nobis boni Spiritus elongauerint: impetus malignorum quibus sustinebit? Ea præpter attendite Principes vestros, cum statis ad orandum

c Gen. 49. 4  
d Thren.  
2. 19.

Serm. 7. in  
Cant.

d Ps. 67. 26.  
c Ps. 137. 2

c Psal. 87. 9  
d Ps. 37. 17



vel psallendum; & state cum reuerentia & disciplina coram eis; & gloria-  
mini, quia h *Angelii vestri quotidie vident faciem Patris. V*surpemus officium  
quorum sortimur consortium, vt i*n ore infantium & lactantium perficiatur*  
*Dei laus.* Dicamus eis: *k Psallite Deo nostro, Psallite;* atque audiamus eos vi-  
cissim respondentes: *Psallite Regi nostro, Psallite;* laudem ergo cum cœli Can-  
toribus in commune ducentes, vt pote Ciues Sanctorum & Domestici Dei  
*Psallite sapienter:* implentes quicquid necessarium est, vt cantus vester  
Deo placeat. Vnde vos moneo dilectissimi, purè semper & strenuè Di-  
uini interesse laudibus, strenuè quidem, vt sicut reuerenter: ita & alacri-  
ter Domino assistatis. Non pigri; non somnolenti, non oscitantes; non par-  
centes vocibus; non præcidentes verba dimidia, non integra transilien-  
tes; non fractis & remissis vocibus, muliebri quiddam balba de nare so-  
nantes: sed virili (vt dignum est) & sonitu & affectu voces Sancti Spiri-  
tus depromentes. Purè verò, vt nihil aliud, dum psallitis, quàm quod psal-  
litis, cogitatis; aut affectum indignum admittatis. Hæc omnia S. Bernar-  
dus: quæ amplius explicabuntur proximo capite.

h. Matth. 18  
10.  
i. Psal. 8. 3.  
k Ps. 46. 7.

## CAPVT X.

PRAEPARATIO AD PERFECTE DICENDVM OF-  
ficium Diuinum; & quo spiritus dicenda sint orationes secreta,  
quæ præmittuntur.



**X**OMNIBVS quæ præcedentibus capitibus diximus, de-  
ducemus in duobus his vltimis modum quendam practi-  
cum Horas Canonicas perfectè orandi: præmissò illo  
fundamento necessario, de quo monet Ecclesiasticus:  
*a ante orationem prepara animam tuam, & noli esse qu- si*  
*homo qui tentat Deum, temerè sperans, te sine præparatione*  
*posse bene orare; aut quomodocunque oraueris, te exau-*  
*diendum.* Sed vt rem paulo altiùs inchoemus, aduertendum est: quòd  
licet Ecclesiastici non sint ex obligatione adstricti exercitio mentalis  
orationis, præter eam quæ vocalem debet comitari: si tamen velint vo-  
calem habere cum ea perfectione, quam cupit Ecclesia: deberent  
quotidie aliquid temporis mentali orationi tribuere. Nec voco hic  
mentalem, eam tantùm, quæ solo spiritu percurrit oratio-  
nes, petitiones, aut Psalmos, quos ore proferre solemus; sed ipsam  
etiam fixam & constantem memoriam præsentia Dei trini & vnius,  
cum quo est loquendum; & attenda profundaquæ Diuinorum mysteri-  
orum meditatione, ed tendente, vt cor inflammet igne amoris Dei &  
affectuum cœlestium, hoc est actuum & exercitiorum virtutum omnium.  
Ex hac enim adeo recollecta oratione proueniet, vt tempore dicendi,

Eccl. 18. 23



aut Pfallendi officium Diuinum, valde facile & suauiter habeant intentionem, attentionem, ac deuotionem, quam cupiunt; ceterasque seruent circumstantias sibi commendatas. Nam si toto die diffluant variis negotiis, & extra seipfos, & praesentia ipsam Dei maneant: differant vero ad seipfos redire, & hunc Diuinum ignem accendere, vsque ad illud tempus, quo immineat necessitas orandi officium: nihil mirum erit, quod tunc distrahos se, & aridos, adeoque frigidus inueniant, vt exiguum ex oratione fructum percipiant, Nec sine causa volebat Deus in antiqua lege, vt Sacerdotes non differrent accedere nouum ignem, quando, esset ponendum in thuribulo; aut cremandum holocaustum, & Sacrificium; sed iubebat potius, vt *ignis in altari semper arderet, quem nutriret. Sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies: & inde prunas postea acciperet necessarias, vt imponeret holocausto, desuper adhiberet adipem pacificorum* in quacunque hora diei. Hanc in modum Ecclesiastici, & praecipue Sacerdotes, quibus ex officio incumbit non solum Horas Canonicas dicere, sed etiam Sacrificium Missae offerre: si cupiunt exacte & perfecte suis obligationibus satisfacere; studere debent, tria illa praestare, quae in hac figura insinuantur.

b *Leuit. 6.*  
12.

c *Cant. 2. 5.*  
d *e. 5. 2.*

2

PRIMUM est, vt semper in Altari cordis eorum ardeat ignis Diuini amoris. Nec solum dico, vt ardeat ignis Charitatis habitualis, qua ferocetur amicitia, & pax cum Deo, ita vt nulla culpa mortali ab ea excidant: id enim ab omnibus Christianis iure exigitur. Qui autem in statu sunt perfectiori, conari debent, vt ignis amoris actualis Dei semper ardeat, quo modo in hac vita potest continuari; quemadmodum qui valde exurit, aut sitit; semper cogitat & appetit quo saturetur; & vulueratus, semper cogitat sentitque suum dolorem; sicut anima illa quae dicebat: *camore languo, & dego dormio & cor meum vigilat*: nam etiam dum dormio, cogito de domino & sponso, quem diligo; totumque diem expendo suspirans eius praesentiam, & sagittas orationum, desideriorum & sanctorum cogitationum in eum iaculans.

SED quoniam in hac vita multa occurrunt, quae hunc ignem debilitent: valde expedit, vt Sacerdos nutriat illum subiiciens ligna mane per singulos dies: expendendo scilicet vnam horam in meditationibus, & considerationibus, quae accendant in corde affectus amoris Dei, & reliquos eius comites. Quod si antiqui Sacerdotes quotidie mane tantum temporis impendebant nutriendo materiali illi igni ad Sacrificia adolenda, vt neque die neque nocte extingueretur: quid mirum, quod Sacerdotes Euangelicae Legis expendant quotidie mane vnam horam in spirituali hoc igne nutriendo, ex quo tantum commodum ipsis prouenit? praecipue cum ipse Christus Dominus valde libenter accurrat ad fauendum eis, cum ipse dixerit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi accendantur*

*Luc. 12. 49.*

*accendantur*



cedatur? cum igitur ipse adeo desideret, ut ignis hic semper ardeat: non prætermittit auxilium præbere iis, qui ei fouendo & accendendo sese occupant. Ne autem excusationem præendant, quasi defint ipsis ligna; facile ea, & quidem in copia inueniunt in libro, quæ edidimus, Meditationum in sex partes distinctum pro omni hominum genere: in quibus possunt vesperi aliquam partem legere, quasi ligna colligentes, quæ in promptu habeant ut mane hunc ignem accendant. Sed seligenda est materia conformis fini particulari, quæ intendunt. Quamuis enim Diuini amoris spiritus sit vnus, varios tamen producit effectus: & aliquando facilius concipitur ignis concupiscentiæ & doloris peccatorum; aliquando laudis & gratiarum actionis pro acceptis beneficiis; aliquando facilius concipitur ignis præseruationis ab aliquo lapsu, aut victoriæ in aliquibus tentationibus; aut actum seu exercitiorum aliarum virtutum: in quibus omnibus deberet Ecclesiasticus esse bene exercitatus.

TERTIVM, quod Sacerdotibus incumbit, est: ut tempore celebrandi Missam, aut officium Diuinum dicendi accipiant ex igne, qui ardet in corde, quantum est necesse ad hæc opera magna cum perfectione præstanda, quo ad puritatem intentionis, attentionem ac deuotionem. Quemadmodum enim Deus seruerissime olim prohibebat *et vllum incensum aut sacrificium sibi offerri igne alieno, sed eo tantum, qui ardebat in sanctuario: Et quoniam duo filij Aaron posuerunt in thuribulis ignem alienum: egressus est ignis à Domino, deuorauit eos: ita etiam vult Deus noster, suos ministros non offerre ipsi sacrificia & orationes igne alieno, intentione scilicet & affectu aliquo terreno, & mundano: ne id cedat in ipsorum perniciem; sed solo igne amoris Dei, deuotionis, & intentionum, & affectuum mundorum ac sanctorum, quos huiusmodi opera exigunt.*

S. I.

HAc præparatione generali præmissa, est etiam aduertendum, quod horæ Canonice, omnesque earum partes sint tanquam siliices ignis diuini, qui excussorio considerationis tacti, scintillas bonorum affectuum in corde excitant: quod si bene sit dispositum, tanquam fomes bene siccus, statim ignem concipit, & sensim exurgit ingens flamma. Deinde, cum homines valde delectentur varietate, quæ tædium pellat; ipsaque oratio condimento aliquo opus habeat, quod feruorem excitet, ac deuotionem, qua fieri debet: instituit Ecclesia Diuinum officium cum tanta varietate Psalmorum, Hymnorum, Canticorum, Lectionum, Antiphonarum, & Responsoriorum: quæ omnia ita sunt spiritalia plena, ut qui eum nouit haurire eoque delectari, cum orat; non aliis indigeat, ut cum magna ore perfectione, ut constabit ex dicendis de singulis hisce partibus, dum proferemus in lucem spiritum in eis latentem.



ANTE omnia autem renouanda est, & excitanda memoria presentie Dei, & actuanda intentio eius Diuinæ gloriæ; & ponendæ ante oculos res illæ ac personæ, pro quibus Horas illas offerre intendit qui orat: tam quoad satisfactionem, quàm quoad impetrationem: vt si offerendæ sint pro nostris peccatis, aut pro defuncto aliquo in purgatorio existente, aut pro spiritualibus aliquibus necessitatibus nobis commendatis. Quod si adhuc magis velis deuotionem tuam actuare, licebit singulas septem Canonicas Horas offerre, ad impetranda singula ex septem donis Spiritus Sancti; aut singulas ex septem virtutibus Theologicis, & Cardinalibus, aut singulas ex septem Petitionibus Dominicæ precatonis; aut singulas ex octo Beatitudinibus: aut vt impetres à Deo liberari à septem capitalibus vitijs applicando singulas Horas ad singulas has res prædictas suo ordine, aut ad oēs simul. Et quoniã oblationes, & orationes nostræ per se ipsas parua sunt, momenti; expedit illas offerre coniunctas cū similibus, quas ipse Saluator quæ homo, fecit: cū conster, ipsum & Hymnos, & Psalmos obtrulisse: quibus si nostros coniungamus, erunt magis accepti, dicentes ei: *Domine Iesu Christe in vnione Diuina illius deuotionis quæ ipse in terris laudans Deo obtrulisti, has tibi horas offero.* Scimus Christum Dñm nostrū, in Cruce pendentem magno animi affectu, & voce elata cœpisse Psalmum 21. dicendo: a *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Et facile credi potest, quod progressus fuerit secretò vsque ad eius finem; quia totus ille est ex Historia Passionis eius. Et similiter, cū in proximo esset, vt expiraret, verba illa protulit Psalmi 30: b *In manus tuas commendo Spiritum meum:* & verisimile est secretò ipsum dixisse versus præcedentes ab initio Psalmi. Et iuxta hoc est vsus in Ecclesia tam in Sacro quàm in officio Diuino, incipere orationem voce alta, progredi verò in eadem secretò; aut contrà secretò illam inchoare: finire verò elata voce: vt sic doceat nos vocalem orationem coniungere secretæ, quæ sit Spiritu inter nos, & Deum.

EXPEDIT præterea, septē ipsas Canonicas Horas offerre in memoriâ mysteriorum, quæ celebrata fuerunt in septem diei & noctis temporibus, in quibus illæ dicuntur, & superius insinuata fuerunt; & inueniuntur in compendium quoddam redacta, in Horis S. Crucis, & Spiritus Sancti: quæ cū sint breuissimæ, possent singulæ in singulis Horis Canonicis recitari. Quoniam autem & missa, & officij oratio conformes sunt omnibus anni temporibus; iuuaret proculdubio multum, si meditationes, in primo capite insinuatae pro diuersis anni Ecclesiastici temporibus, recitationi officij præmitterentur. Sic enim meditatione accenderetur ignis affectuum, vt officium Diuinum maiori cum deuotione perageretur, & sic impleretur consilium illud Spiritus Sancti, dicentis: *c ante orationem prepara animam tuam.* Ex quo fit, vt quemadmodum oratio adeò potens est

ad omnia

rMatt.  
27. 46.

b Psal. 30.

c Eccl. 18. 23



ad omnia, quæ petimus, obtinenda: ita ipsamet sit bona ad seipsam præparatio: vt vna oratione impetretur bona dispositio ad aliam inchoandam. Er hæc causa est, cur Ecclesia instituerit, vt Canonici ipsi Horis præmittatur secretò Precatio Dominica: Ed quòd in ea contineatur perfectissimus orandi modus, qui in hac vita inuenitur; & ea quæ petèda sunt, & ad quem ipsæ Horæ sunt dirigendæ; & fines, quos per eas intendimus.

PRIMUM, cum Officium est inchoandum, dicis: d *Pater noster qui es in cælis*: vt sic constituas te in conspectu cælestis Patris, existentis cum summa gloria in cælis; tuumque eleues cor ad ipsum aspiciendum, sicut ipse respicit, quid tu agas, & rationem orandi, quam tenes; & abstrahas cor tuum à negotijs terrenis, illudque colles in rebus solis cælestibus. Quoniam autem orationem comitari debent amor & reuerentia; fiducia, & simul sanctus timor: vt cum amore & fiducia filij ores; iuber, vt ipsum appelles *Patrem*; ne autem reuerentiæ ac timoris obliuiscaris: monet quòd ipse sit in cælis tanquam Creator, Rex, ac Dominus infinitæ gloriæ, & maiestatis; quamuis hoc non prohibeat, vt cum ipse vbique sit præsens, illum respicias prope te existentem, teque omni ex parte circumstantem; imò etiã intra te ipsum habitantem in anima tua. Siquidem, S. augustinus teste, etiam cæli hic significant animas iustas, in quibus Deus habitat per gratiam: talem autem decet esse tuam, cum sis minister ad eius obsequium constitutus.

In septem deinde petitionibus ponuntur septem documenta, siue monita magni momenti, ad bene orandum; & septem fines, ad quos est oratio dirigenda. *Primus* finis est, vt nomen Dei sanctificetur, honoretur & glorificetur ab hominibus; & nominatim à te ipso, cum oras: ac proinde moneris, vt sanctè ores, & in oculis Dei sis Sanctus, vt eum dignè sanctifices. Cumque sanctitas culpam excludat: ad id faciendum, oportet, cum accedis ad orandum, eam contritione ac dolore eluere. *Secundus* finis est: vt regnum Dei ad nos adueniat, mediã ipsã oratione: ita vt oratio, quã instituis, aperiat tibi cælum; & efficiat, vt inde adueniat regnum illud, quòd Apostolus appellat *e iustitiam & pacem & gaudium in Spiritu Sancto*. Et hoc insinuat translatio quam S. Gregorius Nilenus sequitur, dicens: *adueniat Spiritus Sanctus & nos expurget*: Qua etiam sententiã insinuat dispositio, cum qua accedere debes: vt capax fias Diuini huius spiritus, eiusque regni. Nō, n. est abiecti alicuius animi; sed valde generosi, petere regnum ad eò excelsū, quale est regnum Dei. *Tertius* finis est, vt voluntatē Dei ita in terra faciamus, sicut fit in cælo: orantes cū eo spiritu & feruor, quo Sãcti orāt in cælo, cū aliquid à Deo petunt. Sed quoniã hic nō petitur: faciã ego tuã voluntatem, sed *fias voluntas tua*: non solùm petere debes, vt S. Chrysostomus aduertit, vt tu facias voluntatem Dei, quemadmodum ipse in suis præceptis

d. Matth. 5.  
9.

S. Chryf.  
homil. 20.  
in Matth.  
Cass. Coll.  
9. c. 28.

lib. 2. de  
serm. Dom.  
in mont. c. 9  
S. Ambros.  
lib. 5. de Sa.  
cram. c. 4.

c Rom. 14.  
17.

Orat. de Fi.  
lij & Sp. S.  
diuin. licet  
apud S. Lu.  
non habea.  
tur, vt ipse  
dicit.  
homil. 20.  
in Matth.  
& 24. im.  
perfecti.

& con-



consiliis eam manifestavit; sed, ut fiat, & expleatur in te voluntas beneplaciti eius quacūque viā ipse voluerit eam exequi; ut illi acquiescas, eamque amplectaris in tuis infirmitatibus, calamitatibus, & persecutionibus, quas tibi mittet: eius enim voluntatis est ut eas acceptes. *Quartus* finis est, ut det tibi panem quotidianum, hoc est, Spiritualem animæ refectio nem, quam solet in oratione communicare, & quam optas tibi, in oratione, quam auspiciari cogitas, dari. *Quintus* finis est, ut debita & peccata nostra nobis dimittat, & ut pro eis satisfaciamus. *Qua* sententiā monet nos, ut ea detestemur: cum non possit dimitti peccatum actuale nisi de admissio doleamus, illudque detestemur. *Sextus* & *Septimus* finis est, ut Deus præseruet nos à lapsu in tentationibus, & ab omnibus malis corporis & animæ. Ad omnes hos fines offerri possunt Horæ Canonice.

## §. II.

EX HIS deducere licet tres modos brevis præparationis ad singulas Horas Canonicas; nunc unum, nunc alterum adhibedo tædij vitandi causa. *PRIMVS* modus est, petendo à Deo speciale auxilium ad eam Horam ita orandam sicut ipse vult, pro ipsius gloria. Ad quod iuuerit brevis hæc oratio, accepta ex quadam Ecclesiæ *COLLECTA*: Gratia tua, Domine, me præueniat & sequatur; & orationi huic iugiter faciat esse intentum: per Christum Dominum nostrum. Aut hæc: *Aperi*, Domine os meum ad beneducendum nomen Sanctum tuum; munda quoque cor meum ab omnibus vanis & peruersis cogitationibus, intellectum illumina, affectum inflamma ut digne, attentè, atque deuotè officium hoc celebrare valeam, Amen. Alia etiam ponitur officio paruo B. Virginis, hæc scilicet: *Adiones* nostras, quas sumus Dominus operando præueni, & adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio semper incipiat, & per te coepta finiatur: per Christum, &c. Qualibet harum orationum dici potest: sed attendendū, ut eo interno sentu dicatur, quam ipsa verba significant.

*SECUNDVS* modus est, offerendo Deo Domino nostro Horam tonicam dicendam, ad eius gloriam, coniunctam cum laudibus, quas ipsemet Saluator in terra obtulit; & omnibus, quas omnes Spiritus Beati in caelo decantant; & ob reliquos nostræ spiritualis utilitatis fines in quos illa Hora dirigitur. Et in hunc finem dici potest hæc oratio, desumpta ex alia quæ dicitur in ipsa missa: *Suscipe* sancte Pater, hoc sacrificium laudis, quod tibi offerre intendo ad gloriam nominis tui, ad utilitatem quoque meam, & totius Ecclesiæ tuæ Sanctæ. Amen. Aut hæc: *Suscipe* Sancta Trinitas preces, quas tibi offerre desidero propter magnam gloriam tuam, & ob memoriam Passionis & Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, & in honorem Beate Mariæ, & per Virginis & omnium Sanctorum, ut illis proficiat ad laudem, mihi autem ad salutem: per Christum Dominum nostrum. *TERTIVS* modus est per viam &

modum



modum affectuum, cum breuibus iaculatorijs ad tres Diuinas Personas directis: nunc ad æternum Patrem, nunc ad Filium, & nunc ad Spiritum, Sanctum. In hunc modum: *Pater de cælis Deus, fac me orare in hac Hora quomodo tibi placet, & mihi expedit ad maiorem tuam gloriam. Fili Redemptor mundi Deus, fac me hac Hora orare cum clamore valido, & lacrymis, sicut tu orabas. Spiritus Sancte Deus fac me orare gemitibus inenarrabilibus, sicut iustas pro Sanctis.* Alij quoque affectus exerceri possunt per viam laudum: ut si quis colloct se in præsentia Dei, inter ciues & aulicos cælestes; ac dicat, quod illi dicebant: *Es dignus es Domine Deus noster, accipere Laudem, & gloriam, & honorem & benedictionem in secula seculorum.* Potest & aliquando considerans se ipsum tanquam Ecclesiæ ministrum in medio omnium iustorum; & cum eis vnium dicere illud Dauidis: *g magnificatis Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in id ipsum.*

IN EVDEM finem præmittitur etiam Horis Canonicis Angelica Salutatio, qua virgo Sanctissima saluatur ob tres fines. *Primus* est, ad ostendendum amorem, reuerentiam & estimationem nostram erga illam, tanquam matrem nostri Saluatoris, nostramque apud ipsum mediatricem. *Secundus* est, ut intercessione sua nos in hac oratione adiuuet, quod significatur verbo illo, *Nunc,* quod respicit tempus præsens, quo ipsam Horam aggredimur. Cum enim illa intelligat & attendat, omnibus nostris orationibus potest facile ita nos iuuare, ut illæ fiant eo Spiritu, quo desideramus, & quo vox illa *Nunc,* est proferenda. *Tertius* est, ut eadē ipsa virgo Sanctissima particeps sit omnium nostrarū laudum, quæ tot titulis, & nominibus est eis digna. Ac propterea sicut præmittitur ipsis Horis hæc salutatio; ita in fine addi solet Antiphona: *Salve Regina,* aut alia pro ratione temporis: ut & illa modo suo principium sitæ finis nostrarum orationum.

DE NIQVE initio *Matutinarum, & Prima,* quæ sunt primæ horæ noctis & diei, præmittitur etiam Symbolum Apostolorum, & repetitur interdum initio *Precum,* & semper ad finem *Completorij,* ut protestemur Fidem, non solum lingua, sed etiam multo magis spiritu. Nam ut dixit Apost. *h corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad Salutem:* & hoc modo *iustus ex Fide vivit,* per eam orat, & operatur: quatenus ei innituntur affectus deuotionis, orationes & laudes Dei. Dicimus etiam *Credo,* ut hoc Symbolo, quasi scuto & galea protegamus nos, contra omnes hostium tentationes: ut primo

Tomo est dictam.

(.)

1. ad Cor. 4. 13

Psal. 35. e.

h Rom. 10. 10.

Gal. 3. 11.

Tract. 1. c. 8.

5. 2.



## CAPVT XI.

QVO SPIRITV DICENDI SINT PSALMI, ET RELI-  
qua Officij Diuini Partes.



DMIRANDA EST DIVINI OFFICII HARMO-

NIA in omnibus septem Horis Canonicis, quarū in-

itium ordinariē sumitur ab illo versu Psalmi 69: *Dom-*

*ine ad adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum*

*me festina: quo, nomine totius Ecclesie petitur spec-*

*iale Dei auxilium ad illam orationem; & quidem, ut fe-*

*stinet Deus in præbendo suo auxilio, sine quo nihil*

possamus Ac propterea idem versus valde fuit celebris apud antiquos (ut

refert; *Cassianus*) : quod sit manifesta quædam protestatio imbecilla-

tis nostræ, & necessitatis ac dependentiæ ab auxilio Diuino; & confessio

quædam glorioſa & solennis Omnipotentie Dei ad nos iuuandos. Et A-

bulensis aduertit: morem hunc traxisse originem ab illo Moysis, qui quo-

ties Arca Testamenti eleuabatur, dicebat: *a surge Domine, & dissipentur*

*inimici tui; & fugiant, qui oderunt te, a facie tua, eum in modum, quomodo*

spiritus eleuatur ad Horas Canonicas dicendas, petimus à Domino nostro

ut auxilio nobis sit contra hostes conantes impedire nostram deuotionem

& attentionem in eis. Simil etiam cum hic versus dicitur, nos ipsos

signo Crucis signamus: ad significandum, hoc auxilium venturum nobis à

virtute Christi crucifixi, cuius Crux futura nobis est galeæ instar aduer-

sus hostes, impugnantes nos, dum oramus. Præterea, ut ipsum Domi-

num nostrum alliciamus ad auxilium nobis præstandum, coniungimus ei-

dem versui alterum celeberrimum, scilicet *Gloria Patri & Filio &*

*Spiritus Sancto, &c.* quo confitemur, & glorificamus Trinitatem Sanctissi-

mam, à qua omne nostrum bonum prouenit; iuxta quæ ex S. Dionysio

superius retulimus: quod omnia opera, in quibus de Deo agitur incho-

ari debeant ab inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, quæ præuens est. Euo-

dem etiam versus dicentes, inclinamus ea ut in signum humilitatis, re-

uerentia & adoratoris; attendentes ad nostram vilitatem, & terram, ex

qua facti sumus: indicantes nos quasi puluerem in conspectu tantæ Ma-

iestatis. Et quoniam affectus hic glorificationis est maxime proprius

& nobilissimus Sancti huius exercitij: repetitur in fine cuiusuis Psalmi,

& aliàs sæpe in signum quod semper, & in omnib. quæ dicimus, aut faci-

mus, debeamus querere gloriam & laudē S&ctissimæ Trinitatis. Et quoniam

Deus noster delectatur sic cum cordis lætitia laudetur, adiungitur sæpe *Aleluia*:

quod significat *laudate Deum cum lætitia*. Quod David dixit: *in conspe-*

*ctu eius in exultatione*. Et quæuis à Septuagesima vsq; ad pascha vox illa omi-

tatur. eò quod tēpus agatur lætius & tristitiæ: o in omittitur laus Diuina:

Collat. 10.  
6. 10.

a In. c. 10.  
Numer. 35.  
a Psal. 67. 1.

vide Ribera  
in Apoc. 9.

b Psal. 99. 2.



quæ eius loco ponuntur alia quæ etiam laudē significant, illa scilicet, *Laudis tibi Domine, Rex æternæ gloriæ*. Est tamen aduertendum, quod quamvis hoc initium sit omnibus Horis commune; Matutinæ tamen eod quod sint primæ, incipiunt ab illo versu: *c Domine labia mea aperies. Et os meū annuntiabit laudem tuam*, quo confitemur, Dei laudem, & orationem esse eius donum: & ipsius. aperturum os nostrum & labia, ad ipsum laudandum & orandum ut oportet: propterea enim de eo dicitur quod d *Sapientia aperit os infantium & linguas infantium facit disertas; & e ex ore infantium & lactantium perficit laudem*. Signamus autem pollice tunc os signo Crucis, ad significandum, ut dicebamus, quod per Crucem Christi Domini detur nobis donum orationis. POSTEA sequitur INVITATORIUM quo mutuo nos inuitamus ad laudes Dei Psalmo illo: *f Venite exultemus Domino &c.* Sed hoc ipsum inuitatorium magis extollentes inuitare debemus Sanctos cœlestes, ut nobiscum Deum laudent; & coniungere laudes nostras cum laudibus ipsorum, ut magis Deo placeant, & facilius excipiantur. Possumus autem omnes Sanctos reducere ad septem ordines pro septem Horis Canonicis. Primus est Angelorum cum nouem ipsorum Choris; Secundus Patriarcharum & Prophetarum; Tertius Apostolorum, Euangelistarum, ac Discipulorum Domini; Quartus Martyrum; Quintus Pontificum, Confessorum, & Doctorum; Sextus Sacerdotum, Leuitarum, Monachorum & Eremitarum; Septimus Virginum, & viduarum, Virgine Sacratissima super omnes posita. Et quoniam in *Inuitatorio* fit aliquando mentio aliquorum Sanctorum, dicitur enim *Regem Apostolorum, aut Regem Martyrum, Dominum venite adoremus*: hos in particulari inuitare oportet, cogitantes nos ab eis omnib. circumdari sicut; *g. Saul*, qui accedens ad *Cunentem Prophetarum* propter merita bonorum sociorum, *cepit & ipse cum eis Prophetare*. Ac denique vnusquisque debet omnes suas potentias inuitare, & ad earum actus excitare: ut omnes simul & cum tranquillitate Deum laudent: eum in modum, quo Sanctus quidam Monachus initio suæ orationis dicebat suis cogitationibus: *venite exultemus domino, venite & procidamus ante Deum; ploramus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius & oves pascuæ eius*. quasi illis dixisset: vos cogitationes meæ estis populus Dei & oves pascuæ eius: venite igitur omnes simul, & prosternite vos ante eum plorantes vestra peccata; & petentes ab eo, ut vos pascat nunc pastu excellorum suorum sensuum & affectuum,

POST Inuitatorium sequitur aliquis Hymnus, & alius ad finem laudum: nam in aliquibus Horis Hymni ponuntur in initio, in aliis autem ad finem. Qui quamvis ab aliquibus Sanctis, aut particularibus Doctoribus sint compositi: sunt tamen ab ipsa Ecclesia approbati; & valde conformes aliis, qui in sacra Scriptura inveniuntur: & ordinariè continent Historiam creationis mundi distributam per septem dies hebdom-

c. psal. 50. 17

d. Sap. 10. 21.  
c. psal. 83Inuitatorium.  
c. psal. 94.g. 1. Regum.  
10. 10.

Hymni.



De Consec.  
D. 1. c. de  
Hymnis.  
Ex Concil.  
Tolet. 4.

PSALMI.

Homil. 6. de  
Constantia.

In procem.  
Homil. in  
Psalmos.

Lib. 5. Exa-  
mer. c. 14. &  
Serm. 43.

Colla. 10. c.  
10. & 11.

madæ; aut historiam Festorum, quæ celebrantur laudando Deum propter beneficia in huiusmodi diebus nobis collata. Et hoc spiritu sunt dicti: ne vllum Diuinum beneficium, siue magnum siue paruum, sine propriis laudibus præteratur.

§. I.

**S**ED VENIAMVS ad *Psalmos*, qui sunt præcipua pars Officij Diuini, & optima fercula, quæ in hoc spiritali conuiuio proponuntur. Quos composuit Rex David (qui propterea Psalmista appellatur) vt Sacerdotes & Leuitæ Deum in eis laudent: quorum excellentias & præstantiam Sancti Patres nunquam satis extollere possunt, nec recedere desistunt. S. Dionysius eos vocat essentiam Diuinarum laudum; cum quibus reliquæ collatæ, sunt quasi accidentia, quæ ipsos exornant; ac propterea in Missa, quæ reliqua Mysteria in Sanctitate excellit, incipit à cantu Psalmorum. Et eloquentissimus S. Chrysostomus vehementer admiratur eorum morem, & affectum Christianorum ad hunc Davidis librum, præ reliquis veteris Testamenti; nam semper in ore habent Psalmos, nocte, & die, mane, & meridie, & vesperi; in Festis lætitiæ, & in exequijs tristitiæ: semper enim primus, & medius & vltimus est David. Neque id mirum est; in Psalmis enim resplendent omnes affectus feruentis orationis; & omnes generis petitionum, tam pro peccatoribus, quàm pro iustis; incipientibus & proficientibus, ac perfectis; Dei laudes stupendæ, actiones gratiarum pro omnibus eius beneficiis, affectus amoris valde inflammati, cum excessu contemplationis & vnionis; sensa etiam miseriæ & imbecillitatis nostræ, feruentes Diuini subsidij petitiones, cum affectibus compunctionis, propter nostra peccata. Sunt etiam in eis altissima consilia perfectionis & exhortationes teneræ ad eam procurandam. Denique (vt ait S. Basiliscus) vnicus Psalmorum Liber omnia complectitur: qui dum refert Historiam, corrigit ac dirigit vitam; estque quasi pènu siue promptuarium refertissimum, ex quo accipere licet spirituale animarum nostrarum alimentum, necessitati & gustui nostro valde aptum, & accommodatissimum. Quare S. Ambrosius: *Quis (inquit) sensum hominis gerens non erubescat, sine Psalmorum celebritate diem claudere & adoriri?* laudando sc. licet Creatorem, sicque ipsæ auicula modo suo eum laudant.

Ad fruendum hoc thesauro, necesse est (vt aduertit Cassianus) eodem spiritu Psalmos dicere quo fuerunt compositi; & ita quoque sibi ipsi eos accommodare, atque si ipsemet eos componeret; aut ipse Psalmista ad ipsum solum eos dirigeret: ita vt eorum sententias non tunc tantum per Prophetam, aut in Propheta fuisse completas; sed in se quotidie geri, impleri que cognoscat; excitando in spiritu suo eosdem affectus quos David experiebatur in se; aut in aliis fuisse, narrat. Amare igitur debes, quando

Psalmista







seruetur in scrinio memoriae, vt postea diutius ruminetur. Aliquando tamen integer Psalmus prosequitur aliquam historiam, aut affectum: de tunc facilius est Spiritum ijs, quæ dicuntur, conformare & aptare; vt quando dicitur Psalmum *Miserere mei Deus*: aut aliquem alium ex positionibus, induere debes Spiritum compunctionis, ac doloris de tuis peccatis; vt hic affectus adferat tenerum sensum dicenti versibus; & ipsi versibus augeant sensum interiore, quo proferuntur. Et in eundem modum indues affectus laudis, aut gratitudinis, quando Psalmos dices, qui hoc continent argumentum. Hoc enim modo impletur quod dixit iste Dauid: *a Psallite sapienter*. Ad id etiam iuuenit, petere à Deo initio Psalmi lumen, & affectum gustumque & saporem, quo Dauid afficiebatur, dum illam componeret; & cum affectu ac desiderio obtinendi, quod ille sentiebat. In fine denique Psalmi cum Spiritu gratitudinis dicendus est versus: *Gloria Patri*; & non nihil subsistendum in *Antiphona*, quæ semper est aliquis bonus bolus Psalmi, aut historię alicuius; aut sententia aliqua Diuinarum laudum: vt facta quadam suspensione inter vnum & alterum Psalmum nouus Spiritus hauriatur, ad sequentem inchoandum. Quod si experieris te impugnari à cogitationibus: est bonum consilium, propositum renouate attentionis ad solum proximum Psalmum; quo absoluto eandem renouare pro altero: quasi solus ille esset dicendus. Est tamen bene perpendendus Ecclesię Spiritus in repetendis Antiphonis, & aliquorum Responsoriorum versibus; imo in prima etiam ter repetit versum: *Deus in adiutorium meum intende*, ad significandum feruorem Spiritus, & internum cordis affectum, & perseverantiam in petendo suarum necessitatum remedio, & laudando ipso Domino, ob ingentia eius beneficia. Cui tamen repetitioni non aduersatur, quod ait Ecclesiasticus: *b non iterum verbum in oratione tua*: loquitur enim de repetitione orta ex aliquo scrupulo impertinenti; aut ex diffidentia quasi opus esset eam repetere vt illam Deus intelligeret. Non tamen intelligitur de repetitione feruenti, quæ tota Scriptura Sacra est referta. Nam & ipse saluator noster in nocte suę Passionis ter repetit eandem orationem, vt magis expressè dixit S. Mattheus: *c Oravit tertio eundem sermonem dicens*.

a Psal. 46. 8.

ANTIPHONA

b Escl. 7. 15.

c Mat. 26. 44.

§. II.

LECTIONES  
Duo in Sp.  
rit. Tract. 2.  
6. 2. 11. de  
Diuin. Of  
fic. 6. 2.

I

LECTIONES quę in matutinis ponuntur, exceptę ex Scriptura Sacra & Homilijs Sanctorum Patrum eam explicantium, aut ex ipsorum vitijs docent nos vilem & salutarem vsum exercitij quod appellamus Lectionem Spiritualem, quæ in primæua Ecclesia valde fuit frequens, & approbata. Et in vtu apud Sanctos Patres, propter ingentes utilitates quę ex ea proueniunt, vt in alio loco retulimus. Et speciatim (vt S. Ildorus perpendit) in Diuino officio quatuor adfert commoda. PRIMVM est, quod requiritur



anima ab exercitio orandi quod ex se est laboriosius, oratio enim maiorem perit attentionem, quam lectio, in qua Deus quodammodo nobiscum loquitur. SECUNDUM est, quod moueat cor pijs affectibus: vt sic possit in oratione vocali progredi. TERTIUM est, quod argumentum etiam prospiciat orationis mentalis: mens enim Ecclesiæ etiam est, vt eius ministri in ea se exercent. Et ideo instituit, vt publicè Lectiones legantur, vt Fideles fructum ex eis caperent. QUARTUM est ne exercitium adeò vile cesset, sed quotidie aliquid in promptu habeat, quo alatur, & cum fructu continuetur. Distributio Lectionum, quæ seruatur in matutinis, est quam oportet nos in hoc exercitio seruare, extra ipsam orationem. Nam primum, Lectio esse debet trium generum librorum: & in primis Sacrorum, & inter hos cum maiori æstimatione & affectu Evangeliorum; deinde librorum à Sanctis viris editorum, qui Dei Spiritu Scripturas Sacras explicauerunt, & commentarios in Euangelia ediderunt: Tertio historiarum de vitis eorundem Sanctorum: quorum exempla valde mouent eos, qui intersunt & audiunt. AD HÆC, antequam Lectiones cuiusque Nocturni inchoentur, præmittitur breuis quædam oratio, valde pia ad Christum Dominum nostrum, qui est magister magistrorum; idque denotat, quòd meritò oratio præcedere debeat Lectionem. Statim etiam petitur quasi facultas, & benedictio ad Lectionem legendam. Et prima datur in nomine Patris; secunda, in nomine Filij; tertia, in nomine Spiritus Sancti: vt intelligas, quòd cum librum accipis in manum, ad legendum, petenda sit humillimè licentia à Sanctissima Trinitate: nunc ab vna Persona, nunc ab alia: suppliciter orando copiosam tibi impetiri benedictionem, vt fructum ex illa lectione haurias. Cui Lectioni finis imponitur à breui oratione: *Tu autem Domine miserere nobis;* quæ inferitur ad significandam continuationem excelsi huius exercitij: quod esse debet principium & finis reliquorum. Dicimus autem ad finem, vt ostendatur: quicquid lectam est, & legitur, non allaturum aliquam vtilitatem, nisi Deus nostri miseretur; illudque cordibus nostris, infigat. Eius enim misericordia efficacitatem dat sementi verbi Dei: quod tunc in anima seminatur, vt suum copiosum proferat fructum. Diuidantur præterea tres cuiusque Nocturni Lectiones per Responsoria breuia: in quibus aut Laudes Diuinæ canuntur, aut insignes aliqua sententia reperuntur, vt significetur Lectionem non debere diu continuari: sed interrumpi (vt ait S. Bernar.) inferentia aliquos affectus orationis, ac deuotionis. Ita vt aliquo tempore audiamus Deum nobis loquentem, cum legitur; & alio temporis intervallo nos cum eo loquamur, dum oramus; reperentes eius verba iterum ac sæpius vt nostris cordibus altè infigantur.

2

3

4

RESPON-  
SORIA.*Ad Fratres  
de monte  
Dei.*

Ex



Ex quo fit, vt singulae Horae breui aliqua piaque Oratione, teneris-  
fectibus plena, finiatur: quibus insignes aliquas virtutes petimus: ita vt  
non opus habeamus re alia, quam diligenter eis attendere: vt cor nostrum  
substantialem deuotionem, quam cupit, assequatur: collocata scilicet fide-  
cia non in propriis, sed in meritis Ecclesiae, cuius nomine eas offert; &  
in meritis Christi Domini nostri, per quem petitur: vt constat ex omni-  
um illarum conclusione, in qua dicitur, *per Dominum nostrum Iesum Christum*  
&c. Omnes praeterea Horae finiuntur breui illa sententia: *DEO GRATIAS*  
AS, quae saepius repetitur ad finem Capitulorum, & Lectio-  
num tam breuium quam longiorum. Nam (vt ait S. Augustinus) nullum est verbum  
magis excelsum, dulcius, ac vilius, quam hoc sit: in quo coniunguntur  
Charitas humilitas, & animi gratitudo ad gratias Deo agendas pro om-  
nibus, quae in dicendo. Officio bene successerunt siquidem quicquid bo-  
num est, ab ipso est.

DEO CRA-  
TIAS.  
Epist. 77.

SOLET etiam vltimò addi breuissima illa pro defunctis deprecatio:  
*Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace Amen.* vt cuiusque  
Horae Canonicae sint aliquo modo participes animae quae sunt in purgato-  
rio; & Ecclesiae Ministri nunquam obliuiscantur aliquid pro illis orare, &  
singulis horis memores, quòd ipsi sint sicut ceteri morituri; & opus ha-  
bituri, vt alij etiam pro ipsis orent; & quòd forte illa Hora erit vltima, quae  
recitabunt vt statim exminant, an bene illam persoluerint.

DENIQUE primis Horis Nocturnis, & vltimis diurnis finis imponi-  
tur quadam Antiphona, & oratione de Sanctissima Virgine, pro tempo-  
ris varietate; imò in Choro semper additur eadem Antiphona, & oratio  
ad finem cuiusque vltimae Horae quae cantatur: vt ostendat Ecclesia ho-  
um ingens desiderium, quo tenetur, vt omnes Sanctissimae huius Domi-  
nae sint memores, eamque venerentur, & tanquam Mediatricem & Ad-  
uocatam accipiant in suis omnibus necessitatibus. Certum est enim, nul-  
lam aliam esse magis misericordem, & potentem, quam ipsa sit, ad om-  
nia, quae à Deo eiusque Vnigenito Filio Iesu Christo desiderare possi-  
mus. Ad ostendendum autem internum affectum nostrum erga illam at-  
tribuit ei Ecclesia in his Antiphonis, nominatim in *Salve Regina*, nomina  
propria ipsius Dei: qualia sunt quòd sit Mater misericordiae, vita, dulce-  
do, & spes nostram non ob aequalitatem cum Deo; sed ob similitudinem  
magnam, quam cum illo habet; & quòd hic loquendi modus valde sit ve-  
su receptus inter eos, qui vehementi amore mutuo se diligunt. Quòd si  
petimus ab ea, vt Iesum Filium suum nobis post hoc exilium ostendat, &  
nos ab hoste protegat: non id facimus, cogitantes ad ipsam spectare, vt  
id praestet; sed, vt à filio suo id nobis impetret; dicimus autem, vt ipsa id  
faciat, vt fateatur plurimum ipsam valere ad impetrandum quicquid  
vult.



oluerit, vt enim ait S. Augustinus: *qua meruit pro liberandis offerre pretium: potest plus omnibus liberatis impendere suffragium.* Et Concilium Basiliense exhortatur omnes, vt ad Sacratissimam hanc virginem accedant, quæ quãdã altius existit, tantò humiliùs ad nos respicit, omnes ad se trahere cupiens, pro quibus Saluatorem in vtero suo gestauit.

FINITO officio Diuino, multum. refert examinare quæcunque acta sunt: considerando attentionem, aut distractionem; deuotionem, aut spiritus ariditatem; & reliqua, quæ inter orandum euenerunt: & petere à Deo veniam de admissis defectibus; gratias verò agere pro ijs, quæ bene successerunt: hoc siquidem ab ipso habuimus; defectus verò à nobis. Estque quædam consuetudo valde laudabilis, orandi psalmum aliquem in vtramque finem: ad laudandum scilicet Deum, quòd hoc opus perfecimus, in quo ipse est laudatus; & ad satisfaciendum pro defectibus admissis. Et nominatim propter aliquam indulgentiam, quam Summi Pontifices Religiosis concesserunt, vt aliqua oratione aut Psalmo, post officium dicto, suppleatur quicquid in ipso officio Diuino defuerit: modò non sponte, & ex malo animo fuerit omissum. Quam etiam gratiam concesserunt multis Rosarijs, aut granis, aut Nummis benedictis. Imponemus huic Tractatui finem monendo Sacerdotes, & Ecclesiasticos, qui continuè occupantur in excelsis adeo & vtilibus exercitijs: vt interdum seuerius examen instituant, ad videndum profectum, quem ex eis habent: cogitantes dici sibi à Deo illud Aggei: *Ponite corda vestra super vias vestras: Seminaueris multum, & intulistis parum: comedistis & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit ac diuitias, misit eas in sacculum pertusum;* nam quotidie Sacrum missæ celebrare, septemque Horas Canonicas legere, est ex se sementis quædam valde fecunda, cibique ac potus Spiritualis valde copiosus, & iucundus; & Spiritualis quædam negotiatio, qua magna lucra comparantur. Esseque valde dolendum: si messis esset valde sterilis, cibusque ac potus absque vtilitate, & lucrum valde exiguum; iactura autem ingens.

Quod enim in huiusmodi tam amplo commercio lucrum sit exiguum, indicium est, quòd iactura sit ingens, ac similiter non progredi, indicium est regressus. Applicent igitur Sacerdotes corda sua, vt bene de vijs & exercitijs suis cogitent. Quòd si multa sibi deesse deprehenderint, & se pauperes esse, fameque premi; desinant errores suos præteritos; & inchoent cum feruore nouam vitam; tanta adhibita in suis ministerijs diligentia; vt qualis est sementis: talis messis sit; qualis cibus ac potus: talis refectio & saturitas, & qualis est officij magnitudo: tale sit etiam lucrum, quo

Nn

ingen.

Serm. 95. de  
Sanctis.  
Sess. 45.Verbo Hora  
Canon. 5. 4.

Aggei. 1. 5.



ingentes diuitiæ & thesauri meritorum ac virtutum recondantur in sacco  
integri & sani cordis cum tanta soliditate & constantia, vt perdurent  
vsque ad vitam æternam; vbi messis erit cum summo gaudio; & cibus  
vsque ad summam saturitatem absque vlllo tædio, & lucrum  
immensum absque timore vllius iacturæ,  
& quidem in æternum.

AMEN.

(••)



(••)